Hygini Astronomica

Hyginus

HYGINI ASTRONOMICA

EX CODICIBUS A SE PRIMUM COLLATIS

RECENSUIT

BERNHARDUS BUNTE
DR. PHIL.

ACCEDUNT PROLEGOMENA, COMMENTARIUS, EXCERPTA EX CODICIBUS, INDEX, EPIMETRON.

LIPSIAE
IN AEDIBUS T. O. WEIGELI.
MDCCCLXXV.

PROLEGOMENA.

Postquam quae de Fabulis Hygini quas dicunt dicenda fuerunt, in eo libro, quem edidi Lipsiae anno 1857*), ordine exposui, nunc ad propositum reuertar et quae de Astronomicis dicenda uidentur, quam accuratissime et quam breuissime proponam.

Liber, de quo dicere institui, uulgo inscribitur 'C. Julii Hygini Astronomicōn Poeticōn' et diuidi solet in quattuor partes, quibus uiri docti haec argumenta praeposuerunt: lib. I. De mundi et sphaerae ac utriusque partium declaratione, lib. II. De signorum coelestium historiis, lib. III. De descriptionibus formarum coelestium, lib. IIII. De quinque circulorum inter corpora coelestia notatione et planetis . sciendum tamen est hoc scriptum in libris manu scriptis non diuidi in libros et capita, sed serie continua perscriptum deprehendi . in plerisque codicibus hic liber sic incipit 'Hyginus M. fabio salutem. Etsi te' desinit autem in uerbis 'cum sol ab aestiuo circulo redit' . praemittitur huic uolumini prooemium satis longum**), in fine autem plura desiderantur, inter quae fuerunt olim ea, quae Hyginus ex Metone Atheniensi proposuerat.

Non diuersos tamen, sed eundem esse, qui Mythologica siue Fabulas et Astronomica, quae Hygini nomine circumferuntur, scripserit, auctorem

*) In Prolegomenis huic libro praemissis disputatur: I. De uita et scriptis C. Julii Hygini, Augusti liberti, II. De Julio Modesto, Hygini discipulo eiusque studiorum ratione, III. De argumentis et forma genuina fabularum, IIII. De fragmentis Dositheanis, V. De scribendi genere Julii Hygini, quatenus ex fragmentis eius cognosci potest (p. 16 et 21 sq.) et Hygini, fabularum auctoris VI. De codicibus et editionibus fabularum.

**) Ad prooemium Hyginus legentes delegat lib. IIII, 6, notandum tamen est eum illo loco aliud quid hac appellatione significare, quam quod uulgo intellegimus.

iam Scaligerus aliique complures dixerunt, et ne sine iustis causis aliorum sententias sequi uideamur, nonnulla, quae ad hanc rem pertinent, proponamus et opinionem istam nouis quibusdam argumentis niti conabimur . ante omnia sciendum est auctorem utriusque libelli in plerisque rebus secutum esse scriptores graecos, et quidem optimos uel sane non spernendos'. ex latinis in Astronomicis commemoratur Cicero in Arateis, et auctor Mythologicorum usus esse uidetur Ennio, Lucretio, Ciceronis Arateis, Uergilio, Ouidio . quae autem ex Fulgentio, Seruio aliisque proponuntur, aliis temporibus immissa sunt. praeterea in utroque libro reperiuntur multa uocabula rariora, quorum plura ex sermone graeco deducta sunt . sic in Myth. legimus cataclysmus, mnester, sybotes etc. (cf. Prolegg. mea p. 21), ex Astron. autem huc referri possunt: aelurus, arctous, cataclysmus, centron, plagius; aqualis, circumductio, concubitio (pro concubitus), erratio (pro error), se ingeniculare, interscapilium, siliquastrum, succumbere (de paelice, cf. Myth. cp. 177), trifarie; de quibus omnibus uide Indicem nostrum . tertio loco auctor utriusque libri Graecorum dicendi genus saepius imitatus est . retinetur forma graeca in nominibus, ut Euandrus, Istrus, Maeandrus, Pisandrus; de quo dicendi genere plura exempla affert Neue, Lat. Formenlehre, Stuttgart 1866, uol. I, p. 75 sqq. denique uterque libellus continet etiam multa alia, quae apud alios scriptores raro inueniuntur, qualia sunt ellipses, pleonasmi, alia eiusmodi . ellipsis pronominis in constructione accusatiui cum infinitiuo est in Astr. 2, 33 cum sic ait 'Nonnulli dixerunt asino illi, quo fuerit uectus, uocem humanam dedisse' item lib. 2 cp. 42 optimi codices haec habent 'cumque supprimere cogitaret' . similia sunt lib. 2 cp. 22 nam equos, quibus utuntur, donauit' . simile est dicendi genus Iulii Hygini in fragm. apud Gellium N. A. 16, 6, 15 et Cornelii Nepotis in Lysandro cp. 1 (Athenienses . . . confecisse apparet) . pleonasmus est, si dicit auctor Astr. 2, 16 'ab ea sagittis figi coepit' et in eodem libro cp. 17 suam coepit deflere mortem . prorsus similia autem in Myth. sunt; sic cp. 41 legimus haec 'uectigales Minoi esse coeperunt' . eodem dicendi genere saepius utuntur Phaedrus et Petronius . nonnunquam praepositio desideratur, ut in prooemio, ubi haec legimus 'quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest' . sed nec alia hoc loco omittenda uidentur . 'assidue uenari' dicit auctor Astr. 2, 11; assidua uenatio est in Myth. cp. 181; fine (cum genitiuo) est in Astr. 3, 12 et alibi, et in Myth. cp. 82 medii fine corporis (ita enim est legendum ex coni . Heinsii) . denique nec praetermittendus est usus praepositionum . sic saepius ad ponitur pro apud, ut 2, 18 'ne se ad regem criminaretur' item 2, 20 'criminari eum ad Crethea coepisse' . nonnunquam de ponitur pro a uel ex, ut Astr. 2, 7 facta de testudine.

His propositis, satis demonstrasse arbitror utrumque librum non solum eidem tempori, sed etiam eidem auctori originem suam debere . accedit, quod auctor Astronomicorum meminit Genealogiarum a se scriptarum, quarum partem, ut iam alio tempore dixi, Fabulae Hygini quas dicunt seruare uidentur.

Affirmat Hyginus rem, de qua agitur, diu sibi esse circumspectam (cf. lib. 4 cp. 14) seseque optimos scriptores secutum esse, nec uolumus eum in hac re impugnare . scriptores, qui commemorantur, hi sunt:

I Aeschylus II, 15 et 37 . commemorantur eius *Προμηθεὺς λυόμενος* II, 6 et *Φορκίδες* II, 12. — II Aglaosthenes *ἐν τοῖς Ναξικοῖς* II, 2 et 16 cf. Vossius De hist. Gr. 3, p. 240. — III Alexander II, 21. hunc nonnulli Alexandrum Aetolum esse putant, alii Alexandrum Ephesium; quorum uterque librum scripsisse dicitur, qui inscriptus erat *Φαινόμενα* (cf. Meineke, Analecta litteraria p. 215 sqq.) . sed fortasse Hyginus Alexandri Polyhistoris auctoritatem secutus est; id quod etiam Merkelio ad Ouid. Fast. p. 90 uenit in mentem . sermo enim est l. c. non de rebus ad astrologiam pertinentibus, sed de etymologia nominum, et quae ex Alexandro proponuntur, ita sunt comparata, ut cum Alexandri Polyhistoris explicandi ratione consentiant. — IV Amphis, comoediarum scriptor II, 1 de quo plura scripsit Meineke, Fragm. com. Gr. uol. 3 p. 301. — V. Anacreon II, 6 . uersum, quem commemorat Hyginus, superioribus temporibus uiri docti ad Teium poetam rettulerunt; Meineke autem (Anal. litter. p. 243) censet Hyginum secutum esse Anacreontem quendam, Alexandrinum poetam, qui carmine elegiaco Phaenomena explicuerit. — VI Araethus Tegeates . uulgo scribunt lib. 2 cp. 1 Ariethus; Vossius De hist. Gr. 3, 253 coicit Areithus . sed Hyginus eundem scriptorem excitare mihi uidetur, qui apud Schol. Ap. Rhod. 1, 498 *Ἄραιθος* est . hic fuit historiarum scriptor. — VII Aratus . huius meminit Hyginus II, 6; 18 et 25; III, 11 et 29; IIII, 1 et 2 . sed qui accuratius utrumque scriptorem comparauerit, inueniet Hyginum etiam aliis locis Arati auctoritatem secutum esse, etsi nomen eius non semper addiderit . huc referenda puto ea, quae lib. 3 cp. 12 de ortu et occasu siderum proponuntur. Hyginus ipse dicit in prooemio se multa, quae ab Arato obscurius essent dicta, accuratius persecutum esse . quare hunc potissimum ante oculos habuisse uidetur. — VIII Argolicorum scriptores II, 5 quo loco exponitur, cur corona Ariadnes inter sidera constituta sit. — IX Aristomachus II, 34 ubi de Orione disputatur; quo loco Vossius De hist. Gr. p. 506 legendum putat Aristonicus, sed repugnant codices Hygini et Schol. Germanici. ni fallor, est Aristomachus Atheniensis; alius est Aristomachus Solensis, cuius auctoritatem secutus est Julius Hyginus

in libro De apibus (cf. Columella 9, 13, 8), qui liber, ut nunc quidem arbitror, pars fuit operis maioris De re rustica, quo Uergilius (cf. Columella, 1, 1, 13) in Georgicis scribendis usus est . utriusque scriptoris meminit Plinius in H. N. — X Asclepiades II, 21 . hic est, ni fallor, Asclepiades Tragilensis, qui scripsit *Τραγῳδούμενα* . Fabricius in Bibl. Lat. putat Hyginum secutum esse Asclepiadem Myrleanum, de quo plura scripsit Lehrs in Anal. grammaticis p. 43. — XI Callimachus II, 18 et 34. Callimachi hymnum in Dianam commemorat Hyginus II, 33; alio loco (II, 24) usus esse uidetur elegia, quae inscripta erat *Βερενίκης πλόκαμος*. — XII Cicero in Phaenomenis 4, 3. ex eodem libro nonnulla proponuntur in Myth. cp. 14. — XIII Cleostratus Tenedius II, 13 . hic fuit clarus astrologus, cuius Plinius, Athenaeus aliique complures meminerunt . ut Athenaeus ait, liber eius inscriptus erat *Ἀστρολογία*. — XIV Conon Samius, mathematicus II, 24 ubi de coma Berenices exponitur. — XV Creticorum auctor II, 5. Cretica olim permulti scripserunt, inter quos fuit etiam Alexander Polyhistor . Epimenides *ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν* commemoratur in Catasterismis cp. 27 eundemque, ni fallor, Hyginus indicare uoluit. — XVI Ctesias II, 41 quo loco uulgo scribunt Hegesias . sed legendum uidetur Ctesias ex Catast. cp. 38. fortasse est Ctesias Ephesius, ex quo Plutarchus nonnulla litteris mandauit, quae ad mythologiam pertinent. — XVII Diognetus Erythraeus II, 30. quo loco uulgo scribunt Diogenetes, sed legendum est Diognetus, ut postea demonstrabo. Diognetus commemoratur etiam in indice lib. 6 apud Plinium in H. N. — XVIII Eratosthenes II, 3, 4, 7, 14, 15, 20, 24, 28, 40, 42; III, 6. Eratosthenis igitur, uiri clarissimi auctoritatem Hyginus saepius secutus est; quae autem ex eodem proponuntur, partim ex carmine eius, quod inscriptum erat *Ἑρμῆς*, partim ex aliis eius libris translata esse uidentur. — XIX Eubulus, comoediarum scriptor II, 29. plura de hoc scripsit Meineke, fragm. com. Gr. III, 203. — XX Euhemerus II, 12, 13; 42. Euhemeri libri, quorum clarissimus fuit *Ἀναγραφὴ ἱερά*, a scriptoribus latinis, qui Augusti imperatoris temporibus et paulo post uixerunt, saepius commemorantur. — XXI Euripides . proponuntur quaedam ex eius Andromeda, ex Phrixo et Melanippe; cf. II, 9, 10, 11, 18, 21. — XXII Genealogiarum scriptores apud Romanos II, 17, ubi haec legimus 'et nostri in progenie deorum' . Genealogias, secundum exemplum Graecorum, permulti apud Romanos scripserunt, inter quos fuit etiam Uarro. — XXIII Hegesianax II, 6; 14; 29 cf. Heyne, exc. ad Uerg. Aen. 2; Meineke, Anal. litter. p. 243. quae apud Hyginum commemorantur, uidentur esse ex libro eius, qui inscriptus erat *Φαινόμενα*. — XXIV Heraclides Ponticus II, 42 ubi de planetis dis-

putatur. — XXV Hermippus de sideribus II, 4, 20. est Hermippus Smyrnaeus, Callimachi discipulus, cf. Lozynski, Hermippi fragm. Bonnae 1831 p. 131 sq. quae apud Hyginum leguntur, translata sunt ex libro eius, qui inscriptus erat *Φαινόμενα*. — XXVI Herodotus . locus, quem Hyginus II, 2 designare uidetur, est apud Her. 1, 170. — XXVII Hesiodus II, 20; 25; 34. — XXVIII Homerus commemoratur lib. 2 cp. 4; 13; 22; 37. — XXIX. Hygini Genealogiae II, 12, de quo loco dixi in Prolegg. ad Fabulas p. 18 sq. — XXX Istrus II, 35; 40. Istrus siue Ister fuit historiarum scriptor, Callimachi discipulus, cf. Vossius De hist. Gr. p. 468 sq. — XXXI Leon, qui de rebus Aegyptiis scripsit, II, 20. ex eodem libro, qui *Αἰγυπτιακά* inscriptus esse uidetur, nonnulla affert Clemens Alexandrinus. — XXXII Meton Atheniensis . huius meminit auctor in prooemio, quo loco omnes perperam scribunt 'metam' . fuit astrologus celeberrimus, cuius auctoritatem Aelianus U. H. 10, 7 Columella 9, 14 aliique secuti sunt, cf. Redlich, Der Astronom Meton und sein Cyclus. Hamburg 1854. — XXXIII Musaeus II, 13; 21. sunt qui censeant utroque loco legendum esse Mnaseas, et re uera omnes lib. 2 cp. 21 hoc nomen receperunt. Prellerus (cf. Zeitschr. für die Alterthumswiss. 1846 p. 673 sqq.) coicit Hyginum II, 21 denotare Mnaseae Patarensis librum, qui inscriptus erat *Εὐρώπη*, sciendum tamen est in plerisque libris scriptis legi 'museus' . fortasse est Musaeus Atheniensis, qui, ut Diog. Laertius ait, primus Theogoniam scripsit . eiusdem meminerunt Schol. Germ. in Erichthonio et Lactantius 1, 21. *Μουσαῖος* est etiam in Catast. cp. 13. — XXXIV Panyasis in Heraclea commemoratur lib. 2 cp. 6, cf. Tzschirner, De Panyasidis Heracleade, Uratislauiae 1842 p. 47; Meineke, Anal. Alexandrina p. 363 sqq. — XXXV Parmeniscus II, 2; 13. fuit grammaticus qui Aratum interpretatus est . eundum librum, ex quo nonnulla affert Hyginus II, 2 etiam Plinius H. N. 18, 74 designare uidetur. — XXXVI Petellides Gnosius, historiarum scriptor II, 4. fortasse liber eius inscriptus erat *Ἱστορίαι*. — XXXVII Pherecydes Atheniensis II, 3; 20; 21 cf. Sturz, Pherecydis fragmenta, Bonnae 1831. quae Hyginus l. c. cp. 3 proponit, narrat etiam Schol. Ap. Rhod. 4, 1396 *Φερεκύδης ἐν δεκάτῳ* etc. et uterque usus esse uidetur Pherecydis libro notissimo, qui inscriptus erat *Ἱστορίαι* . eiusdem Pherecydis auctoritatem sequi uidetur Hyginus II, 15 cum sic ait 'Hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone et Echidna natam etc.' cf. Schol. Ap. Rhod. 2, 1248. — XXXVIII Phylarchus II, 40. fuit historiarum scriptor, cuius auctoritatem Athenaeus, Plinius, Pollux aliique secuti sunt . apud Plinium plura ex eodem proponuntur, quae inter *Θαυμασία* referenda sunt. — XXXIX Pindarus II, 34; 37. — XL Pisandrus II,

24. Pisandrus Rhodius fuit poeta clarus, de quo disputat Heyne ad Uerg. uol. II p. 373. — XLI Polyzelus Rhodius . quae apud Hyginum ex eodem proponuntur, uidentur esse ex libro, qui inscriptus erat Ῥοδιακά. — XLII Sophocles II, 10. — XLIII Sositheus, tragoediarum scriptor, II, 27 cf. Catast. cp. 28; Schol. Germ. in Sagittario . eiusdem Athenaeus et Suidas meminerunt. — His scriptoribus addi potest Cratinus, comoediarum scriptor, cuius auctoritatem, ni fallor, Hyginus secutus est II, 8 in narratione de Nemesi, cf. Catast. cp. 25. Quibus propositis, facile apparet Hyginum multum operae studiique in conscribendo hoc libro posuisse, et laudandus est, quod non solum ueterum scriptorum sententias, secretis dispersas monumentis, industrie collegit, et inter se comparauit, sed etiam nomina scriptorum, quorum auctoritatem secutus est, summa cura adnotauit . ceterum magna pars eorum, quae in hoc libro proponuntur, non tam spectat ad astronomiam, quam ad res mythicas et fabulas poetarum; in plurimis autem rebus ad astronomiam spectantibus Hyginus Arati et Eratosthenis potissimum auctoritatem secutus esse uidetur . quod autem Salmasius (de annis climactericis et antiqua astrologia, Lugd. Bat. 1648 p. 594) putat Sphaeram graecanicum Nigidii ab Hygino esse transscriptam, in ea re uereor ne fallatur . concedendum tamen est fragmenta quaedam Nigidii*) consentire cum iis, quae apud Hyginum proposita uidemus; nec desunt loci, quorum adminiculo ostendi possit utrumque scriptorem in eadem re iisdem auctoribus usum esse . sic in iis, quae de Orionis procreatione prodiderunt (Hyg. II, 21; Nigidius ap. Schol. Germ. in Scorpione) Pindari auctoritatem secuti sunt; in signo Sagittarii, ubi de Croto disputatur (Hyg. II, 27; Schol. Germ. l. c.) Sositheum secuti sunt; in signo Aquarii (Hyg. II, 29; Schol. Germ. l. c.) Hegesianactem . item nonnulla, quae in Hygini Myth. comparent (cf. cp. 153 et 197), cum fragmentis Nigidianis consentiunt.

Utrum Hyginus omnes scriptores, quorum meminit, ipse legerit, nec ne, difficile est dictu; ueri simile tamen est eum in excitandis scriptoribus saepius ad scholiastas graecos confugisse . non ubique tamen sensum scriptorum, quorum auctoritatem secutus est, recte percepit . sic quae ex Herodoto l. c. profert (Thales enim . . . natione fuit Phoenix) non prorsus consentiunt cum huius scriptoris uerbis, quae recte Theo ad Aratum (cf. Arati Phaenomena etc. ed Buhle, Lipsiae 1793 uol. I p. 21 sic reddidit: Θαλῆς εἰς Φοίνικας ἀνάγει τὸ γένος.

*) De Nigidii libris plura litteris mandauit M. Hertz in diss. De P. Nigidii Figuli studiis atque operibus, Berolini 1845 p. 88 sqq. — Fragmenta Nigidii apud Schol. Germanici seruata recensuit A. Breysig in diss. inaug. De P. Nigidii Figuli fragmentis etc. Berolini 1854.

alia de hac re (de qua disputat Bursianus in Actis philologicis, quae inscribuntur 'Jahrbücher für class. Phil. 1866' p. 765 sq.), in commentario meo proponam. De uita rebusque Hygini nostri et de tempore, quo uixerit, neque ex indiciis librorum eius, qui corrupti et mutilati ad nos peruenerunt, neque ex dicendi genere, neque ex testimoniis ueterum scriptorum certi aliquid statui potest.

Scribendi ratio, de qua et antea et in Prolegg. ad Fabulas plura proposui, perspicua quidem est et accommodata, sed totus orationis habitus cum in singulis uerbis, tum in structuris uerborum a consuetudine et elegantia optimorum scriptorum abhorret; immo non pauca inueniuntur, quae excusationem minime habeant, quaeque magis cum puerili neglegentia et temeritate, quam cum cogitate scribentis diligentia conueniant . sic legimus II, 4 'De hoc fertur, ut sit Arcas' II, 10 De hac Euripides et Sophocles et complures alii dixerunt, ut gloriata sit etc. II, 31 De hoc dicitur quod a Neptuno sit missus etc. et quae sunt alia eiusmodi . porro hic scriptor dixisse uidetur Lacedaemones pro Lacedaemonii, II, 22, Minoos pro Minois; II, 14. metior sensu passiuo accipiendum est I, 6; IV, 19; mederi cum accusatiuo coniungitur II, 4. alia de hac re in commentario meo proponam.

Dositheum magistrum in eo loco, ubi de duodecim zodiaci signis loquitur, Hygini libro de astronomia usum esse, id quod nonnulli uiri docti putant, nullo modo satis demonstrari potest . ueri simile potius est Dositheum has res ex Hygini genealogiis excerpsisse . re uera etiam in fabulis Hygini, in quo libro diuersissimae omnino res comparent, nonnulla legimus de iis, qui inter astra constituti sint . plura autem ex Hygini libro sumpsit compilator ille, qui saeculo VI, nec ut Maius putat saeculo V (cf. Zink, Der Mytholog Fulgentius, Würzburg 1867 p. 13 sqq.) ex Seruio, Fulgentio, Lactantii Placidi argumentis Metamorphoseon Ouidii aliisque librum fabularum composuit, quemque uulgo Mythographum Uaticanum I uocamus (cf. A. Mai, Auctt. class. e Uaticana biblioth. ed. tom. 3, Romae 1831; Bode, Scriptores mythographi tres etc. Cellis 1834) . in codice Uaticano saec. X uel XI, ex quo primus hunc librum edidit Maius, in fine libri secundi haec addita sunt 'Explicit liber secundus C. Hygini Fabularum' sed haec sine dubio inscitiae librarii debemus, qui in hac farragine nonnulla inuenerat, quae etiam in Hygini libris leguntur . sane Hygini Astr. tribuenda sunt quae legimus cp. 11 (Ad quos . . . fugere), cp. 106, (Coruus etc.), 120 (Septem . . . appellatae), 234 et 244. sunt qui censeant etiam auctorem scholiorum in Arati Phaenomena Hygini libris usum esse, sed hoc iusto modo demonstrari non potest . multum tamen auctoritate ualuit Hyginus apud Isidorum Hispalensem, qui eum in numero scriptorum anti-

quorum*) habet et in libris suis plura ex eodem exscripsit . qui quidem in libro De natura rerum tribus locis (cp. 17, 19, 48) Hygini nomen affert, sed neque praenomen eius, neque inscriptionem libri addidit (cf. Isidori Hispal. opera, ed. Areualus Romae 1803; G. Becker, Isid. Hisp. De natura rerum liber, Berolini 1857). item Beda uenerabilis, qui in multis locis ex Isidoro sua sumpsit, in disputatione De circulis sphaerae et polo (Bedae op., Coloniae Agrippinae 1612, tom. I, p. 365 sqq. plura ex Hygino profert, sed nomen eius non adiecit.

Ex iis autem, qui post Isidori tempora Hygini meminerint, nominandi sunt Bridefortus Ramesiensis, Honorius Augustodunensis, Johannes Saresberiensis, Bocatius poeta . uerba Brideferti in glossis ad Bedam Bedae op. l. c. tom. II p. 91) sic leguntur 'Lunam per alios ortus et occasus, ait Hyginus, necesse est moueri non stare; idque facilius quam de sole licet intelligere: quae cum a sole accipiat lumen et ita nobis lucere uideatur, non est dubium eam moueri potius quam stare etc.' cf. Hyg. Astr. 4, 14; Isidor. N. R. cp. 19). Honorius Augustodunensis, qui uixit imperatoris Henrici V temporibus et mortuus est anno 1124, Hygini meminit in libro De philosophia mundi (Max. biblioth. Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiast. Lugduni 1677. tom. 20 p. 1003) cum sic ait 'Tribus igitur modis auctoritas loquitur de superioribus: fabulose, astrologice, astronomice. Fabulose loquitur Nemroth, Hyginus, Aratus taurum illum esse translatum et in signum mutatum dicentes (cf. Hyg. Astr. 2: 21). Johannes Saresberiensis (Joh. Sar. op., Lugduni Bat. 1639) in Policr. 2, 18 haec profert 'Eorum qui scientiam profitentur astrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur et Hyginus' . denique Bocatius in Genealogiis deorum (Uincentiae 1486 p. 73) haecce litteris mandauit 'Dicit enim Iginius in libro de astrologia poetarum erydanum a nonnullis nuncupari nilum, ab aliis occeanum (cf. Hyg. Astr. 2, 32).'

Quae cum ita sint, quid de Hygini nostri uita rebusque statuendum sit, difficillima quaestio et est et semper manebit . diuersus sane est hic scriptor a. C. Julio Hygino, Augusti liberto, itemque ab Hygino gromatico, cum quo eum Zeissius (cf. Zeitschr. für die Alterthumswiss. 1840 p. 865 sqq.) aliique confuderunt . certum tamen est eum uixisse ante annum 207, quo anno Dositheus magister Genealogiarum libros Hygini in usum puerorum excerpsit et in sermonem graecum transtulit.

*) Sic N. R. cp. 17 'Dicunt antiqui, Aratus et Hyginus, solem per se ipsum moueri, non cum mundo uerti uno loco manentem' . quo loco Isidorus non Aratum ipsum, sed Arati scholiasten latinum designare uidetur, ut recte censet Becker l. c.

Fabularum autem Hygini nemo ueterum scriptorum praeter Dositheum meminit; nam quae apud Paulinum Nolanum legimus in carmine, quod circa annum 394 scriptum uidetur, ad librum quendam C. Julii Hygini referenda puto . uerba eius ipsa posui (cf. Pontii Meropii Aniceti Paulini episcopi Nolani op. ed. Ludou. Anton. Muratori, Ueronae 1736 p. 706):

> Quid loquar et Uestam, quam se negat ipse sacerdos
> scire, quid est? imisque tamen penetralibus intus
> semper inexstinctus seruari fingitur ignis.
> cur dea, non deus est? cur ignis femina fertur?
> ista quidem mulier, sicut commendat Hyginus,
> stamine prima nouo uestem contexuit olim
> nomine de proprio dictam, quam tradidit ipsa
> Uulcano, qui tunc illi monstrarat opertos
> custodire focos . hic rursum munere laetus
> obtulit hanc Soli, per quem deprenderat ante
> Martis adulterium. nunc omnis credula turba
> suspendunt Soli per Uulcanalia uestes.

Iulium Hyginum etiam in libro De apibus fabulas poetarum proposuisse dixi in Prolegg. ad Fabulas p. 10. Item ad eundem Julium Hyginum referendum est fragmentum in Philoxeni glossario (cf. Glossaria duo, e situ uetustatis eruta etc. ed. Henr. Stephanus anno 1573): Paleta (leg. Pala), *σφενδόνη δακτυλίου ὡς Ὑγῖνος ἐν τῷ* . . . . (inscriptio libri excidit).

Sed ad propositum reuertamur et de aliis rebus quas studiosos huius libri scire interest, exponamus . librorum scriptorum Astronomicon Hygini magnus numerus et olim fuit et nunc est . item uirorum doctorum opera et cura hic liber saepius editus et adnotationibus ornatus est.*) Editio princeps prodiit anno 1475; de qua Schweigerus (Handbuch der classischen Bibliographie, Leipzig 1832, Bd. 2 p. 465) haecce proposuit: 'Hygini poeticon astronomicon. 4 (Ferrariae) Augustinus (Carnerius) 1475. röm. 60 Bll. mit 27 Zeilen, ohne Sign. und Seitenzahlen. Bl. 1 ist weiss; Bl. 2, a beginnt mit HYGINVS M. FABIO.

---

*) In bibliotheca regia Berolinensi, in qua permultae huius libri editiones asseruantur, est etiam libellus, qui inscribitur sic 'Hyginius von den XII zaichen und pildern des Hymels mit yedes stern. Auch die natur und eygenschaft der menschen so die darunter geboren werden. Gedruckt zu Augspurg durch Erhard ratdolt in dem LXXXXI jare.' Constat fol. 30 in 4. est liber astrologicus, cui ex Hygini Astr. nonnulla addita sunt . alias huius libri editiones commemorat Schweiger l. c. p. 466.

Pincrmann. Zu Ende des Werkes 4 Verse: Siders cum cauda etc., in welchen auch der Drucker genannt ist. Unter diesen Versen ist auch das Jahr 1475 nicht 1474 angegeben. Für die Figuren ist vom Drucker Raum gelassen. Erste Ausgabe dieser Schrift und höchst selten. — Ipse non vidi librum, quem Jacobus Sentinus Ricinensis et Johannes Santritter ediderunt Venetiis 1482. hic liber sic incipit "Clarissimi Viri Iginii Poeticon Astronomicon Opus utilissimum Foeliciter Incipit. De mundi et sphaerae ac utriusque partium declaratione. Liber Primus. Prohoemium. Iginius M. Fabio Plurimam Salutem etc." dividitur in quattuor libros, nonnullae narrationes et expositiones inseruntur, capita autem non ponuntur, in margine appositae sunt imagines formarum caelestium, impressit hunc librum Ratdolt, typotheta Germanus, in fine totius libri additur haec: Anno salutis 1482. Ceterum nonnulla alia de hoc libro affert Schweiger l. c. — Postea prodiit hic liber Venetiis 1485 Erh. Ratdolt; eodem anno Venetiis Thom. de Blavis; Venetiis 1502 Joan. Sessa; Wittembergae 1511; Venetiis 1512 Melch. Sessa; Parisiis 1514 Lud. Vives; Venetiis 1517; Coloniae Agrippinae 1534 ed. Soter, qui usus est 2 Mss. et melioribus editionibus; Basileae 1535*) Hygini, Augusti liberti, Fabularum liber. Eiusdem Poeticon Astronomicon libri quattuor etc. Basileae apud Joann. Hervagium; Coloniae 1539 opera et impensa Joan. Soteris; Basileae 1549 ex officina Hervagiana; Parisiis 1559 Arati Phaenomena etc. ed. Guil. Morelius, qui usus est 2 Mss.; Coloniae Agr. 1569 Arati Phaenomena etc. ap. Theod. Graminaeum; Basileae 1570 ex officina Hervagiana; Parisiis 1578 Joh. Parant; Astronomica veterum etc. Heidelbergae 1589. Ex officina Sanct-Andreana; Lugduni Batavorum 1608 Joh. de Gaillard; Lugduni Bat. 1670; Hamburgi et Amstelodami 1674 ed. Joannes Schefferus. Omnes tamen superat Thomas Munckerus, rector quondam scholae Delphensis in Batavis, Mythographi Latini, Amstelodami 1681. is secutus est editionem Venetam anni 1482 et Micylli recensionem, quam optimam esse censebat; praeterea usus est excerptis quinque codicum, quorum quattuor Janus Vlitius, quintum Isaac Vossius contulerat. Munckerum autem secutus est Augustinus van Staveren Mythogr. Latini etc. Lugduni Bat. et Amstelodami 1742. Staverenio ad manus fuerunt codex J. Phil. Ferrarii

*) In hoc libro inest editio princeps fabularum Hygini, perpauca fragmenta codicis Frisingensis saec. IX, ut Halmius putat, ex quo Micyllus hunc librum edidit, anno 1870 reperta sunt Ratisbonae et nunc servantur in bibliotheca Monacensi, cf. K. Halm, Ueber aufgefundene Fragmente aus der Freisinger Handschrift der fabulae des Hyginus. — Integer codex huius libri nostris temporibus numquam repertus.

cod. Tib. Hemsterhusii*), ex quo paucis annis ante quosdam Hygini locos restituere conatus erat Wesselingius (Obseruationum uariarum libri duo. Amstel. 1727), et tres codices bibliothecae Leidensis, quorum primus exstabat inter Vossianos Nr. 269, secundus Nr. 314, tertius Nr. 290. ex quibus omnibus libris Staurenus nonnulla proposuit; uerba autem scriptoris perpaucis tantum locis immutauit . sciendum tamen est eundem uirum in orthographia saepius a Munckeri scribendi ratione sine iustis causis abscessisse.

Ex Stauereni autem temporibus hic liber hanc subiit fortunam, ut neglectus et uirorum doctorum cura destitutus diu iacuerit et etiam nunc iaceat . itaque uulgatus qui dicitur textus adhuc is est, quem ante ducentos fere annos Munckerus constituit.

Restat, ut de libris, quorum auctoritate haec noua recensio nitatur, et de consilii quod in emendando hoc libello secutus sim ratione, paucis exponam . in qua quidem re ab initio propositum mihi erat, librorum scriptorum subsidia conquirere, et re uera bona fortuna usus sum . peruenerunt enim in manus meas complures libri, qui usque ad nostra tempora neglecti in bibliothecis iacuerant.

Ex quibus primo loco nominandus est codex Dresdensis (bibl. reg. Dresd. cod. 183), in quo praeter alia ad astronomiam pertinentia hic liber Hygini inest . hic codex est membraneus, forma quadrata, saeculo IX exeunte uel saec. X ineunte scriptus . fuit antea Jo. Wern. Huberi, Icti Basileensis, et anno 1790 Dresdam translatus est . insunt haec:

I fol. 1, a sqq. ARATI EA QUAE UIDENTUR**) OSTENSIONE (scribendum erat Ostensionem) quoque de quibus uidentur oportet fieri ad austrum ex aduerso habens septentrionem. A dextris orientem a sinistris occidentem. Naturalis autem positio sperae mundi haec est quod etc.' haec et quae sequuntur pessime translata sunt ex libro graeco, quem, ut nuper animaduerti, Petauius edidit in Uranologio (cf. Petauii Aurelianensis De doctrina temporum. Ueronae 1736, tom. 3 p. 142), ubi haec proponuntur: *Ἐρατοσθένους ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα. Τὴν μὲν δεῖξιν τῶν φαινομένων δέον ποιεῖσθαι* etc. quae uerba a Petauio in sermonem latinum sic uer-

*) Ni fallor, hic est cod. Leidensis Nr. 425 membran. saec. XII, cuius meminit Jac. Geel (Cat. librorum manu scriptorum etc. Lugduni Batauorum 1852 p. 127. Est codex mutilus; incipit ad lib. II, 14 uerbis 'qui cum maxime Apollini dilectus esset.'

**) Similia leguntur in codicibus, ex quibus Fr. Eyssenhardt scholia in Caesaris Germanici Aratea edidit', cf. Martianus Capella etc. ed. Eyssenhardt, Lipsiae 1866 p. LX sqq.

tuntur: Apparentium enarrationem instituere sic oportet, ut ad meridiem obuersa sphaera oppositae habeantur Ursae, ortus ad dextram sit, occasus ad sinistram. Naturalis porro sphaerae mundi positus est eiusmodi ut etc. — fol. 6, a ALIA DESCRIPTIO PREFATION. Suntus terra firmantur signa sex etc. (quo loco proponitur altera recensio eorum, quae fol. 1, a et b leguntur. — fol. 7 b DESCRIPTIO DUORU SEMISPERIORUM. Habet autem pondus totum mediae terrae etc.

II fol. 9, a sq. ARATI GENUS. Aratus patris quidem est Atimodori (leg. Athenodori) etc. cf. Petauii Uranol. l. c. p. 148 Ἄρατος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου etc. Calimachi carm. ed. Ernesti I p. 590.

III fol. 9, b DE CELI POSITIONE, fol. 10, b DE STELLIS FIXIS ET STANTIBUS, fol. 11, b INVOLUTIO SPERAE. deinde fol. 13, b sqq. sequuntur scholia in Germanici Aratea, pessimi generis sermonis conscripta, ut omnia quae antecedunt. fol. 31, a additur EXPLICIT LIB ASTROLOGORUM.

IV fol. 31, b legimus epitomen Phaenomenon Prisciani (cf. Wernsdorf, poet. Lat. min. or. tom. 5 part. II p. 229 et 520) et uersus duodecim incerti auctoris de signis caelestibus.

V fol. 32, a sq. sequitur fragmentum auctoris incerti Duo sunt extremi uertices mundi, quos appellant polos septentrionis et austri etc., quod primus uulgauit Bridefertus Ramesiensis in glossis ad Bedam De temporum ratione (Bedae op. Coloniae 1612, tom. 2 p. 75), quo loco hoc fragmentum inscribitur 'Descriptio poli'; postea idem edidit ex codice Fribergensi Weller (Altes aus allen Theilen der Geschichte etc. Chemnitz 1766 uol. 2 p. 82 sqq.), quae recensio repetita est in Actis Erudit. Lipsiae 1769 p. 284 sq., ex codice Leidensi Kiehl u. Mnemosyne (Tijdschrift voor classieke Litteratuur, Leiden 1853 tom. 2 p. 82 sqq.), ex codice Parisiensi et cod. Montepessulano Hasper, Hyginus philosophus. De imaginibus coeli, das ist das dritte Buch des Poeticon Astronomicon des C. Julius Hyginus, Leipzig 1861 p. 11 sqq.*)

VI fol. 33, a — fol. 95, b Hygini Astronomica.

VII Ciceronis Arateorum reliquiae, ex codice picturis notae descriptae.

VIII fol. 96 sq. Altera recensio eiusdem fragmenti, quod fol. 32 proponitur Duo sunt extremi etc.

---

*) In excerptis, quae Hasper p. 16—81 ex cod. Parisiensi N. 7400 dedit, inest liber tertius Astronomicon Hygini in breuiorem formam redactus, cui librarius ex arbitrio uerba 'Hyginus philosophus' praeposuit; dicendi genus in hac disputatione peius est quam in uulgatis Hygini libris, quare ad emendandum Hyginum hae res nullam utilitatem afferunt; nonnulla ex his excerptis proponam infra lib. III, 1.

IX fol. 99 sqq. Tractatus incerti auctoris De ordine ac positione stellarum in signis.

Hygini liber sic incipit HYGINUS (M̄) fabio plurimam salutem etc. desinit autem in uerbis 'cum sol ab aestiuo circulo' . librorum et capitum designatione omnino caret; ubi autem res noua incipit, primum uocabulum plerumque litteris magnis formatur . imagines non adduntur, sed in descriptione formarum caelestium (lib. 2 cp. 1—42) uacua spatia relicta sunt, fortasse hanc ob causam, ut imagines ab alia manu apponerentur . lacunae rarissime inueniuntur; in ultimis tamen paginis cura librarii, quae fere ubique comparet, nonnunquam deesse mihi uidebatur . graeca plerumque scripta sunt litteris latinis, exceptis uersibus ex Arato, Anacreonte, Eratosthene. fol. 77, a et 78, a nonnulla addita sunt, quae Hygini non sunt, ut librarius recte indicauit; de qua re postea plura dicam (ad lib. 2 cp. 1 sq.). hic liber praestantissimis Hygini codicibus adnumerandus est, eiusque auctoritatem secutus innumeros locos emendaui . siglo D notaui.

Sed ne incaute quicquam praetermisisse uidear, etiam de orthographia nonnulla dicam . sciendum est in hoc libro scribi: aescolapius, beniuolentia, braca, Cassiepia, causa, ceteri, eicere, hedus, incolomis, incolomitas, intellegere, iocinera, iuppiter, neglegere, obicere, pelex, pliades (non Pleiades) proicere, quattuor, sollemnis, speties etc. in aliis uocabulis uariat scriptura; plerumque legimus 'collocare, complures' aliis locis 'conlocare, conplures' et quae sunt alia eiusmodi . in plerisque locis est 'dimedius' perpaucis 'dimidius' item 'exspectare' plerumque ponitur, ubi alii habent 'spectare' . item legimus lacte = lac . uno loco est quoinquinare = coinquinare, quur = cur, Reli cum = Relicum . porro permutantur apud et aput, caput et capud, initium et inicium, tertius et tercius, spatium et spacium, uelut et uelud . sed haec hactenus; plura de hac re in commentario meo afferam.

Secundo loco nominandus est codex bibliothecae Guelferbytanae membraneus (18. 16. Aug.) qui ineunte saeculo XII scriptus esse uidetur (cf. Ebert, Zur Handschriftenkunde. Zweites Bändchen. Leipzig 1827 p. 92; Fr. Schoenemann, Hundert Merkwürdigkeiten der Herzoglichen Bibliothek in Wolfenbüttel. Hannover 1849 p. 35). hic liber, qui figuris et litteris primis minio eleganter pictis ornatus est, constat foliis XXXV in forma 8^{ua} maiore . in folii primi pagina prima erasum est nomen loci, ubi olim hic codex habitauit; restant uerba 'Iste lib . . . . . Livpoldi' incipit fol. 1 b sic

EGINVS. M. fabio salutem.
Etsi te studio etc.

desinit fol. 35, a in uerbis 'cum sol ab estiuo circulo redeat' deinde sequuntur formulae precationum . librorum et capitum designatione caret . in unaquaque fere pagina sunt 31 uersus . exceptis nominibus, graeca plerumque litteris latinis scripta sunt . nomina propria, etiam communia, miro modo corrupta sunt; item saepissime singula uerba et partes enuntiationum omittuntur . nihilominus tamen statuendum est hunc librum ex optimo codice transcriptum esse; et si non optimis, tamen melioribus codicibus adnumerandus est . fuit olim fortasse monasterii Weissenburgensis in Elsatia, ut mihi aliquando dixit Schoenemannus, praefectus bibliothecae Guelferbytanae . idem uir doctus hunc librum per scribam inscribi iussit sic 'C. Julii Hygini Astronomica' . siglo G notaui.

Tertio loco mihi ad manus fuit codex bibl. Guelferbytanae (65 Ms. Aug. fol.), qui in catalogo Eberti (Ebert, Bibl. Guelferbytanae codices Graeci et Latini classici, Lipsiae 1827 p. 35 Nr. 131) Boethii libris adnumeratur . quem librum cum forte inspicerem, mox uidi non esse Boethii, sed Hygini . incipit tamen fol. 81 a sic: Astronomicon Boecii. Ex biblioth. Monaster. S. Udalrici. August. 80. Et si te studio gramatice artis inductum non solum uersuum moderacione (quam pauci peruiderunt), sed historiarum quoque uarietate (qua sciencia etc. desinit fol. 95, b in uerbis 'cum sol ab estiuo circulo redit'. est codex chartaceus in fol. saec. XV ex libro minime spernendo descriptus, sed ualde mutilatus; nam fol. 92, b desinit in uerbis 'et ad olimpia mittere consuetam fuisse. Alii dicunt hoc amplius' (cf. Hyg. II, 24) et fol. 93, a sic incipit 'tendit ad coronam . booten pene' (cf. Hyg. IV, 12) nec est signum a librario factum, ex quo appareat aliquid excidisse . adicitur fol. 95, b sq. Descriptio sphaerae, et fol. 96 fragmentum illud, quod in codice Dresdensi duobus locis deprehendimus (Duo sunt extremi uertices mundi etc.) . quem codicem siglo N. notaui.

Quarto loco inspicere mihi licuit libellum Roberti Frescheri, qui narrationes quasdam ab Hygino in libro secundo propositas excerpsit et in linguam francogallicam conuertit . est codex chartaceus saec. XVI, cum figuris et litteris primis eleganter delineatis . insunt 77 folia et imagines formarum caelestium . fuit olim Blancoburgensis, nunc Guelferbyti seruatur; sign. Ms. Blancoburgensis Nr. 237. incipit fol. 1, b sic: 'Les fabuleuses hystoires de la poetique astronomye de tres excellent orateur Igine translatees de latin en francois pour la recreation de tres noble et illustre prince Francois de vallois. duc de vallois. conte dangolesme. seigneur de esparnay . et romorentin. Par robert frescher. maistre es ars et bachelier en theologie' . Post ea fol. 2, a sequitur carmen, in quo laudes principis Francisci de Vallois, ad quem

auctor librum suum misit, canuntur, et fol. 3, a sqq. additur prooemium . quae ad Hyginum pertinent, leguntur fol. 5, b — fol. 48, b; deinde sequuntur adnotationes de planetis et de curribus, in quibus septem planetae uehuntur, quae res nullius pretii sunt . tum fol. 54, a numerus stellarum in signo Ursarum enumeratur (de qua re disputat Hyginus III, 1) et fol. 54. b — fol. 77, b adduntur imagines formarum caelestium.

Praeter Hyginum in hoc libro commemorantur Ouidius et Justinus . de libro Hygini ipso Frescherus in prooemio fol. 4 b sq. haecce litteris mandauit 'ung jour entre les aultres reuoluant les liures de ma petite libraire, me vint a la main (Ms. lamain) ung petit liuret intitule Le liure de poetique astronomie, componse de tres eloquente et molliflue Latinite par tres docte et excellant orateur Igine. Au quel liure commance regarder et en lysant trouue choses excedantes non imbecile entendement; neantmoins ainsi que lesperit humain desire tousiours de plus congnoistre, passe oultre et vins a lire au second liure du volume Les fictions poetiques des signes et syderes, lesquels en diuerses formes et figures ont les poetes par leurs fabuleuses raisons dit estre lassus au ciel du nombre des estoilles luysantes, lesquelles non obstant leurs dictz furent crees du souuerain plasmateur au commancement du monde. Et se me sembla chose digne de memoire pour la plaisir des liseurs, si translate estoit de la profonde latinite de laucteur et escript en vulgaire stille et francoys. Pourquoy par une trop grant hardiesse ou mieulx temerite voulu aguisez la pointe de ma trop rude plume, pour retirez partie de la molliflue substance et doulceur de si tres aornee et parfaicte eloquence' etc. — Frescherus igitur, ut ipse ait, usus est libro, qui inscriptus erat 'Poeticon Astronomicon' ex qua re coici potest eum non auctoritatem codicis Hygini, sed unam ex ueterrimis editionibus secutum esse; nam codices, ut iam antea dixi, incipiunt a uerbis 'Hyginus M. fabio' . ad emendanda Hygini uerba hic liber nullam utilitatem praebet.

Omnes hos libros tam accurate comparaui, ut uix quicquam mihi se subduxerit . in colligenda autem lectionis uarietate ita uersatus sum, ut omnia quae ad rem pertinerent, exscripserim.

Codicem Fribergensem saec. XV, ex quo Wellerus in libro, quem supra commemoraui, nonnulla proposuit, nancisci non potui . hic liber est membraneus, in quo praeter Aratea Germanici insunt Hygini Astronomica . in initio (fol. 11, a) haec leguntur 'Hygini de sideribus tractatus egregius incipit' in fine autem 'Annum uoluere esse, cum sol ab aestiuo circulo redit' . statim post haec uerba sequitur fragmentum astronomicum (Duo sunt extremi uertices mundi etc.); de quo paulo

antea diximus . graeca ab alia manu apposita esse uidentur, et in margine cernuntur imagines formarum caelestium . fuit olim Friderici Berghii, canonici Wradislauiensis.

In bibliotheca Uaticana seruatur liber, in quo haec leguntur (cf. Isidori Hisp. ed. Areualus, Romae 1797 tom. 3 p. 329 sq.) 'Incipit liber Hygini periti magistri de astronomia. Hyginus M. Fabio salutem. Etsi te . . . . moderatione (alia manus suprascr. modulatione) etc.' desinit in uerbis 'cum sol ab aestiuo circulo redit' . est codex Nr. 1260, forma quadrata, saec. IX scriptus. Hygini liber est in fol. 44—84. in initio expressum est nomen Petri Danielis Aurel.

Uarietatem lectionis codicum D G N sub uerbis scriptoris adieci, aliorum librorum lectiones in commentario meo suis locis afferam . praeter libros scriptos etiam libri impressi comparandi erant; ex quibus plurimos, si nihil noui afferrent, properante oculo inspexi, alios accuratissime comparaui . semper mihi ad manus fuerunt editio Ueneta anni 1482, liber Parisiensis anni 1578 et ii libri, quos Schefferus, Munckerus, Staurenus ediderunt.

Ceterum uerba scriptoris ubique ex meliorum librorum auctoritate et ex grammaticae artis legibus, quantum fieri posset, restituere conatus sum, eiectis iis omnibus', quae tempore procedente addita essent; in qua quidem re auctoritatem libri Dresdensis potissimum secutus sum . saepius etiam uirorum doctorum emendationes, quae quidem certae mihi esse uidebantur, recepi; ubi autem res incerta esset, uulgatam lectionem intactam reliqui . nec praetermisi aliorum scriptorum locos, quibus Hygini uerba emendari aut illustrari possent . ita factum est, ut nunc hic liber noua inscriptione ornatus et forma satis mutata in lucem prodeat . restant tamen nonnulla, quae etiam in optimis codicibus corrupta sunt, et alia quae mutari non possunt, nisi quis complures codices ueterrimos inspexerit et inter se comparauerit.

Uale, lector, et conatibus meis faue.

Scribebam Leerae ad Ledam,
mense Nouembri a. 1874.

Hygini Astronomica.

quorum*) habet et in libris suis plura ex eodem exscripsit . qui quidem in libro De natura rerum tribus locis (cp. 17, 19, 48) Hygini nomen affert, sed neque praenomen eius, neque inscriptionem libri addidit (cf. Isidori Hispal. opera, ed. Areualus Romae 1803; G. Becker, Isid. Hisp. De natura rerum liber, Berolini 1857). item Beda uenerabilis, qui in multis locis ex Isidoro sua sumpsit, in disputatione De circulis sphaerae et polo (Bedae op., Coloniae Agrippinae 1612, tom. I, p. 365 sqq. plura ex Hygino profert, sed nomen eius non adiecit.

Ex iis autem, qui post Isidori tempora Hygini meminerint, nominandi sunt Bridefertus Ramesiensis, Honorius Augustodunensis, Johannes Saresberiensis, Bocatius poeta . uerba Bridefertị in glossis ad Bedam Bedae op. l. c. tom. II p. 91) sic leguntur 'Lunam per alios ortus et occasus, ait Hyginus, necesse est moueri non stare; idque facilius quam de sole licet intelligere: quae cum a sole accipiat lumen et ita nobis lucere uideatur, non est dubium eam moueri potius quam stare etc.' cf. Hyg. Astr. 4, 14; Isidor. N. R. cp. 19). Honorius Augustodunensis, qui uixit imperatoris Henrici V temporibus et mortuus est anno 1124, Hygini meminit in libro De philosophia mundi (Max. biblioth. Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiast. Lugduni 1677. tom. 20 p. 1003) cum sic ait 'Tribus igitur modis auctoritas loquitur de superioribus: fabulose, astrologice, astronomice. Fabulose loquitur Nemroth, Hyginus, Aratus taurum illum esse translatum et in signum mutatum dicentes (cf. Hyg. Astr. 2: 21). Johannes Saresberiensis (Joh. Sar. op., Lugduni Bat. 1639) in Policr. 2, 18 haec profert 'Eorum qui scientiam profitentur astrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur et Hyginus' . denique Bocatius in Genealogiis deorum (Uincentiae 1486 p. 73) haecce litteris mandauit 'Dicit enim Iginius in libro de astrologia poetarum erydanum a nonnullis nuncupari nilum, ab aliis occeanum (cf. Hyg. Astr. 2, 32).'

Quae cum ita sint, quid de Hygini nostri uita rebusque statuendum sit, difficillima quaestio et est et semper manebit . diuersus sane est hic scriptor a. C. Julio Hygino, Augusti liberto, itemque ab Hygino gromatico, cum quo eum Zeissius (cf. Zeitschr. für die Alterthumswiss. 1840 p. 865 sqq.) aliique confuderunt . certum tamen est eum uixisse ante annum 207, quo anno Dositheus magister Genealogiarum libros Hygini in usum puerorum excerpsit et in sermonem graecum transtulit.

*) Sic N. R. cp. 17 'Dicunt antiqui, Aratus et Hyginus, solem per se ipsum moueri, non cum mundo uerti uno loco manentem' . quo loco Isidorus non Aratum ipsum, sed Arati scholiasten latinum designare uidetur, ut recte censet Becker l. c.

Fabularum autem Hygini nemo ueterum scriptorum praeter Dositheum meminit; nam quae apud Paulinum Nolanum legimus in carmine, quod circa annum 394 scriptum uidetur, ad librum quendam C. Julii Hygini referenda puto . uerba eius ipsa posui (cf. Pontii Meropii Aniceti Paulini episcopi Nolani op. ed. Ludou. Anton. Muratori, Ueronae 1736 p. 706):

> Quid loquar et Uestam, quam se negat ipse sacerdos
> scire, quid est? imisque tamen penetralibus intus
> semper inexstinctus seruari fingitur ignis.
> cur dea, non deus est? cur ignis femina fertur?
> ista quidem mulier, sicut commendat Hyginus,
> stamine prima nouo uestem contexuit olim
> nomine de proprio dictam, quam tradidit ipsa
> Uulcano, qui tunc illi monstrarat opertos
> custodire focos . hic rursum munere laetus
> obtulit hanc Soli, per quem deprenderat ante
> Martis adulterium. nunc omnis credula turba
> suspendunt Soli per Uulcanalia uestes.

Iulium Hyginum etiam in libro De apibus fabulas poetarum proposuisse dixi in Prologg. ad Fabulas p. 10. Item ad eundem Julium Hyginum referendum est fragmentum in Philoxeni glossario (cf. Glossaria duo, e situ uetustatis eruta etc. ed. Henr. Stephanus anno 1573): Paleta (leg. Pala), σφενδόνη δακτυλίου ὡς Ὑγῖνος ἐν τῷ . . . . (inscriptio libri excidit).

Sed ad propositum reuertamur et de aliis rebus quas studiosos huius libri scire interest, exponamus . librorum scriptorum Astronomicon Hygini magnus numerus et olim fuit et nunc est . item uirorum doctorum opera et cura hic liber saepius editus et adnotationibus ornatus est.*) Editio princeps prodiit anno 1475; de qua Schweigerus (Handbuch der classischen Bibliographie, Leipzig 1832, Bd. 2 p. 465) haecce proposuit: 'Hygini poeticon astronomicon. 4 (Ferrariae) Augustinus (Carnerius) 1475. röm. 60 Bll. mit 27 Zeilen, ohne Sign. und Seitenzahlen. Bl. 1 ist weiss; Bl. 2, a beginnt mit HYGINVS M. FABIO.

*) In bibliotheca regia Berolinensi, in qua permultae huius libri editiones asseruantur, est etiam libellus, qui inscribitur sic 'Hyginius von den XII zaichen und pildern des Hymels mit yedes stern. Auch die natur und eygenschaft der menschen so die darunter geboren werden. Gedruckt zu Augspurg durch Erhard ratdolt in dem LXXXXI jare.' Constat fol. 30 in 4. est liber astrologicus, cui ex Hygini Astr. nonnulla addita sunt . alias huius libri editiones commemorat Schweiger l. c. p. 466.

Plurimam. Zu Ende des Werkes 6 Verse: Sidera cum causis etc., in welchen auch der Drucker genannt ist. Unter diesen Versen ist auch das Jahr 1475 (nicht 1474) angegeben. Für die Figuren ist vom Drucker Raum gelassen. Erste Ausgabe dieser Schrift und höchst selten. — Ipse usus sum libro, quem Jacobus Sentinus Ricinensis et Johannes Santritter ediderunt Uenetiis 1482. hic liber sic incipit 'Clarissimi Uiri Iginii Poeticon Astronomicon Opus utilissimum Foeliciter Incipit. De mundi et sphaerae ac utriusque partium declaratione. Liber Primus. Prohemium. Iginius M. Fabio Plurimam Salutem etc.' diuiditur in quattuor libros. nonnullae narrationes et expositiones inscribuntur, capita autem non ponuntur. in margine appositae sunt imagines formarum caelestium. impressit hunc librum Ratdolt, typotheta Germanus. in fine totius libri adduntur haec: Anno salutis 1482. Uenetiis (nonnulla alia de hoc libro affert Schweiger l. c.). — Postea prodiit hic liber Uenetiis 1485 (Erh. Ratdolt); eodem anno Uenetiis (Thom. de Blauis); Uenetiis 1502 (Bapt. Sessa); Wittenbergae 1510; Uenetiis 1512 (Melch. Sessa); Parisiis 1514 (Lud. Vives); Uenetiis 1517; Coloniae Agrippinae 1534 (ed. Soter, qui usus est 2 Mss. et ueteribus editionibus); Basileae 1535*) (Hygini, Augusti liberti, Fabularum liber. Eiusdem Poeticon Astronomicon libri quatuor etc. Basileae apud Joann. Heruagium); Coloniae 1539 (opera et impensa Joan. Soteris); Basileae 1549 (ex officina Heruagiana); Parisiis 1559 (Arati Phaenomena etc. ed. Guil. Morellius, qui usus est 2 Mss.); Coloniae Agr. 1569 (Arati Phaenomena etc. ap. Theod. Graminaeum); Basileae 1570 (ex officina Heruagiana); Parisiis 1578 (Joh. Parant); Astronomica ueterum etc. Heidelbergae 1589. (Ex officina Sanct-Andreana); Lugduni Batauorum 1608 (Joh. de Gabiano); Lugduni Bat. 1670; Hamburgi et Amstelodami 1674 (ed. Joannes Schefferus). Omnes tamen superat Thomas Munckerus, rector quondam scholae Delphensis in Batauia (Mythographi Latini, Amstelodami 1681). is secutus est editionem Uenetam anni 1482 et Morellii recensionem, quam optimam esse censebat; praeterea usus est excerptis quinque codicum, quorum quattuor Janus Ulitius, quintum alius uir doctus contulerat. Munckerum iterum secutus est Augustinus van Staveren (Mythogr. Latini etc. Lugduni Bat. et Amstelodami 1742). Stauereno ad manus fuerant codex J. Phil. Doruillii,

*) In hoc libro inest editio princeps fabularum Hygini. perpauca fragmenta codicis Frisingensis (saec. IX, ut Halmius putat), ex quo Micyllus hunc librum edidit, anno 1870 reperta sunt Ratisbonae et nunc seruantur in bibliotheca Monacensi, cf. K. Halm, Ueber aufgefundene Fragmente aus der Freisinger Handschrift der fabulae des Hyginus. — Integer codex huius libri nostris temporibus nusquam reperitur.

cod. Tib. Hemsterhusii*), ex quo paucis annis ante quosdam Hygini locos restituere conatus erat Wesselingius (Obseruationum uariarum libri duo. Amstel. 1727), et tres codices bibliothecae Leidensis, quorum primus exstabat inter Vossianos Nr. 269, secundus Nr. 314, tertius Nr. 290. ex quibus omnibus libris Staucrenus nonnulla proposuit; uerba autem scriptoris perpaucis tantum locis immutauit . sciendum tamen est eundem uirum in orthographia saepius a Munckeri scribendi ratione sine iustis causis abscessisse.

Ex Staucreni autem temporibus hic liber hanc subiit fortunam, ut neglectus et uirorum doctorum cura dèstitutus diu iacuerit et etiam nunc iaceat . itaque uulgatus qui dicitur textus adhuc is est, quem ante ducentos fere annos Munckerus constituit.

Restat, ut de libris, quorum auctoritate haec noua recensio nitatur, et de consilii quod in emendando hoc libello secutus sim ratione, paucis exponam . in qua quidem re ab initio propositum mihi erat, librorum scriptorum subsidia conquirere, et re uera bona fortuna usus sum . peruenerunt enim in manus meas complures libri, qui usque ad nostra tempora neglecti in bibliothecis iacuerant.

Ex quibus primo loco nominandus est codex Dresdensis (bibl. reg. Dresd. cod. 183), in quo practer alia ad astronomiam pertinentia hic liber Hygini inest . hic codex est membraneus, forma quadrata, saeculo IX exeunte uel saec. X incunte scriptus . fuit antea Jo. Wern. Huberi, Icti Basileensis, et anno 1790 Dresdam translatus est . insunt haec:

I fol. 1, a sqq. ARATI EA QUAE UIDENTUR**) OSTENSIONE (scribendum erat Ostensionem) quoque de quibus uidentur oportet fieri ad austrum ex aduerso habens septentrionem. A dextris orientem a sinistris occidentem. Naturalis autem positio sperae mundi haec est quod etc.' haec et quae sequuntur pessime translata sunt ex libro graeco, quem, ut nuper animaduerti, Petauius edidit in Uranologio (cf. Petauii Aurelianensis De doctrina temporum. Ueronae 1736, tom. 3 p. 142), ubi haec proponuntur: *Ἐρατοσθένους ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα. Τὴν μὲν δεῖξιν τῶν φαινομένων δέον ποιεῖσθαι* etc. quae uerba a Petauio in sermonem latinum sic uer-

*) Ni fallor, hic est cod. Leidensis Nr. 425 membran. saec. XII, cuius meminit Jac. Geel (Cat. librorum manu scriptorum etc. Lugduni Batauorum 1852 p. 127. Est codex mutilus; incipit ad lib. II, 14 uerbis 'qui cum maxime Apollini dilectus esset.'

**) Similia leguntur in codicibus, ex quibus Fr. Eyssenhardt scholia in Caesaris Germanici Aratea edidit, cf. Martianus Capella etc. ed. Eyssenhardt, Lipsiae 1866 p. LX sqq.

tuntur: Apparentium enarrationem instituere sic oportet, ut ad meridiem obuersa sphaera oppositae habeantur Ursae, ortus ad dextram sit, occasus ad sinistram. Naturalis porro sphaerae mundi positus est eiusmodi ut etc. — fol. 6, a ALIA DESCRIPTIO PREFATION. Subtus terra firmantur signa sex etc. (quo loco proponitur altera recensio eorum, quae fol. 1, a et b leguntur). — fol. 7 b DESCRIPTIO DUORU SEMISPERIORUM. Habet autem pondus totum mediae terrae etc.

II fol. 9, a sq. ARATI GENUS. Aratus patris quidem est athinodori (leg. Athenodori) etc. cf. Petauii Uranol. l. c. p. 148 Ἄρατος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου etc., Callimachi carm. ed. Ernesti I p. 590.

III fol. 9, b DE CELI POSITIONE, fol. 10, b DE STELLIS FIXIS ET STANTIBUS, fol. 11, b INVOLUTIO SPERAE. deinde fol. 13, b sqq. sequuntur scholia in Germanici Aratea, pessimo genere sermonis conscripta, ut omnia quae antecedunt. fol. 31, a additur EXPLICIT LIB̄ ASTROLOGORUM.

IV fol. 31, b legimus epitomen Phaenomenon Prisciani (cf. Wernsdorf, poet. Lat. min. or. tom. 5part. II p. 239 et 520) et uersus duodecim incerti auctoris de signis caelestibus.

V fol. 32, a sq. sequitur fragmentum auctoris incerti (Duo sunt extremi uertices mundi, quos appellant polos septentrionis et austri etc.), quod primus uulgauit Bridefertus Ramesiensis in glossis ad Bedam De temporum ratione (Bedae op. Coloniae 1612, tom. 2 p. 73; quo loco hoc fragmentum inscribitur 'Descriptio poli'), postea idem edidit ex codice Fribergensi Weller (Altes aus allen Theilen der Geschichte etc. Chemnitz 1766 uol. 2 p. 82 sqq., quae recensio repetita est in Actis Erudit. Lipsiae 1769 p. 284 sq.), ex codice Leidensi Kiehl in Mnemosyne (Tijdschrift voor classieke Litteratuur, Leyden 1853) tom. 2 p. 82 sqq; ex codice Parisiensi et cod. Montepessulano Hasper, Hyginus philosophus, De imaginibus coeli, das ist das dritte Buch des Poeticon Astronomicon des C. Julius Hyginus, Leipzig 1861 p. 11 sqq.*)

VI fol. 33, a — fol. 93, b Hygini Astronomica.

VII Ciceronis Arateorum reliquiae, ex codice peioris notae descriptae.

VIII fol. 98 sq. Altera recensio eiusdem fragmenti, quod fol. 32 proponitur (Duo sunt extremi etc.).

---

*) In excerptis, quae Hasper p. 16—31 ex cod. Parisiensi Nr. 7400 dedit, inest liber tertius Astronomicon Hygini in breuiorem formam redactus, cui librarius ex arbitrio uerba 'Hyginus philosophus' praeposuit; dicendi genus in hac disputatione peius est quam in uulgatis Hygini libris, quare ad emendandum Hyginum hae res nullam utilitatem afferunt; nonnulla ex his excerptis proponam infra lib. III, 1.

IX fol. 99 sqq. Tractatus incerti auctoris De ordine ac positione stellarum in signis.

Hygini liber sic incipit HYGINUS (M̄) fabio plurimam salutem etc. desinit autem in uerbis 'cum sol ab aestiuo circulo'. librorum et capitum designatione omnino caret; ubi autem res noua incipit, primum uocabulum plerumque litteris magnis formatur. imagines non adduntur, sed in descriptione formarum caelestium (lib. 2 cp. 1—42) uacua spatia relicta sunt, fortasse hanc ob causam, ut imagines ab alia manu apponerentur. lacunae rarissime inueniuntur; in ultimis tamen paginis cura librarii, quae fere ubique comparet, nonnunquam deesse mihi uidebatur. graeca plerumque scripta sunt litteris latinis, exceptis uersibus ex Arato, Anacreonte, Eratosthene. fol. 77, a et 78, a nonnulla addita sunt, quae Hygini non sunt, ut librarius recte indicauit; de qua re postea plura dicam (ad lib. 2 cp. 1 sq.). hic liber praestantissimis Hygini codicibus adnumerandus est, eiusque auctoritatem secutus innumeros locos emendaui. siglo D notaui.

Sed ne incaute quicquam praetermisisse uidear, etiam de orthographia nonnulla dicam. sciendum est in hoc libro scribi: aescolapius, beniuolentia, braca, Cassiepia, causa, ceteri, eicere, hedus, incolomis, incolomitas, intellegere, iocinera, iuppiter, neglegere, obicere, pelex, pliades (non Pleiades) proicere, quattuor, sollemnis, speties etc. in aliis uocabulis uariat scriptura; plerumque legimus 'collocare, complures' aliis locis 'conlocare, conplures' et quae sunt alia eiusmodi. in plerisque locis est 'dimedius' perpaucis 'dimidius' item 'exspectare' plerumque ponitur, ubi alii habent 'spectare'. item legimus lacte = lac. uno loco est quoinquinare = coinquinare, quur = cur, Reli cum = Relicum. porro permutantur apud et aput, caput et capud, initium et inicium, tertius et tercius, spatium et spacium, uelut et uelud. sed haec hactenus; plura de hac re in commentario meo afferam.

Secundo loco nominandus est codex bibliothecae Guelferbytanae membraneus (18. 16. Aug.) qui ineunte saeculo XII scriptus esse uidetur (cf. Ebert, Zur Handschriftenkunde. Zweites Bändchen. Leipzig 1827 p. 92; Fr. Schoenemann, Hundert Merkwürdigkeiten der Herzoglichen Bibliothek in Wolfenbüttel. Hannover 1849 p. 35). hic liber, qui figuris et litteris primis minio eleganter pictis ornatus est, constat foliis XXXV in forma 8ua maiore. in folii primi pagina prima erasum est nomen loci, ubi olim hic codex habitauit; restant uerba 'Iste lib . . . . . Livpoldi' incipit fol. 1 b sic

EGINVS. M. fabio salutem.
Etsi te studio etc.

desinit fol. 35, a in uerbis 'cum sol ab estiuo circulo redeat' deinde sequuntur formulae precationum . librorum et capitum designatione caret . in unaquaque fere pagina sunt 31 uersus . exceptis nonnullis, graeca plerumque litteris latinis scripta sunt . nomina propria, etiam notissima, miro modo corrupta sunt; item saepissime singula uerba et partes enuntiationum omittuntur . nihilominus tamen statuendum est hunc librum ex optimo codice transscriptum esse; et si non optimis, tamen melioribus codicibus adnumerandus est . fuit olim fortasse monasterii Weissenburgensis in Elsatia, ut mihi aliquando dixit Schoenemannus, praefectus bibliothecae Guelferbytanae . idem uir doctus hunc librum per scribam inscribi iussit sic 'C. Julii Hygini Astronomica' . siglo G notaui.

Tertio loco mihi ad manus fuit codex bibl. Guelferbytanae (65 Ms. Aug. fol.), qui in catalogo Eberti (Ebert, Bibl. Guelferbytanae codices Graeci et Latini classici, Lipsiae 1827 p. 35 Nr. 131 Boethii libris adnumeratur . quem librum cum forte inspicerem, mox uidi non esse Boethii, sed Hygini . incipit tamen fol. 81 a sic: Astronomicon Boecii. Ex biblioth. Monaster. S. Udalrici. August. 80. Et si te studio gramatice artis inductum non solum uersuum moderacione (quam pauci peruiderunt) sed historiarum quoque uarietate (qua sciencia etc. desinit fol. 95, b in uerbis 'cum sol ab estiuo circulo redit' . est codex chartaceus in fol. saec. XV ex libro minime spernendo descriptus, sed ualde mutilatus; nam fol. 92, b desinit in uerbis 'et ad olimpia mittere consuetam fuisse. Alii dicunt hoc amplius' (cf. Hyg. II, 24) et fol. 93, a sic incipit 'tendit ad coronam . booten pene' (cf. Hyg. IV, 12). nec est signum a librario factum, ex quo appareat aliquid excidisse . adicitur fol. 95, b sq. Descriptio sphaerae, et fol. 96 fragmentum illud, quod in codice Dresdensi duobus locis deprehendimus (Duo sunt extremi uertices mundi etc.) . quem codicem siglo N. notaui.

Quarto loco inspicere mihi licuit libellum Roberti Frescheri, qui narrationes quasdam ab Hygino in libro secundo propositas excerpsit et in linguam francogallicam conuertit . est codex chartaceus saec. XVI, cum figuris et litteris primis eleganter delineatis . insunt 77 folia et imagines formarum caelestium . fuit olim Blancoburgensis, nunc Guelferbyti seruatur; sign. Ms. Blancoburgensis Nr. 237. incipit fol. 1, b sic: 'Les fabuleuses hystoires de la poetique astronomye de tres excellent orateur Igine translatees de latin en francois pour la recreation de tres noble et illustre prince Francois de vallois. duc de vallois. conte dangolesme. seigneur de esparnay . et romorentin. Par robert frescher. maistre es ars et bachelier en theologie' . Post ea fol. 2, a sequitur carmen, in quo laudes principis Francisci de Vallois, ad quem

auctor librum suum misit, canuntur, et fol. 3, a sqq. additur prooemium . quae ad Hyginum pertinent, leguntur fol. 5, b — fol. 48, b; deinde sequuntur adnotationes de planetis et de curribus, in quibus septem planetae uehuntur, quae res nullius pretii sunt . tum fol. 54, a numerus stellarum in signo Ursarum enumeratur (de qua re disputat Hyginus III, 1) et fol. 54. b — fol. 77, b adduntur imagines formarum caelestium.

Praeter Hyginum in hoc libro commemorantur Ouidius et Justinus . de libro Hygini ipso Frescherus in prooemio fol. 4 b sq. haecce litteris mandauit 'ung jour entre les aultres reuoluant les liures de ma petite libraire, me vint a la main (Ms. lamain) ung petit liuret intitule Le liure de poetique astronomie, componse de tres eloquente et molliflue Latinite par tres docte et excellant orateur Igine. Au quel liure commance regarder et en lysant trouue choses excedantes non imbecile entendement; neantmoins ainsi que lesperit humain desire tousiours de plus congnoistre, passe oultre et vins a lire au second liure du volume Les fictions poetiques des signes et syderes, lesquels en diuerses formes et figures ont les poetes par leurs fabuleuses raisons dit estre lassus au ciel du nombre des estoilles luysantes, lesquelles non obstant leurs dictz furent crees du souuerain plasmateur au commancement du monde. Et se me sembla choſe digne de memoire pour la plaisir des liseurs, si translate estoit de la profonde latinite de lauteur et escript en vulgaire stille et francoys. Pourquoy par une trop grant hardiesse ou mieulx temerite voulu aguisez la pointe de ma trop rude plume, pour retirez partie de la molliflue substance et doulceur de si tres aornee et parfaicte eloquence' etc. — Frescherus igitur, ut ipse ait, usus est libro, qui inscriptus erat 'Poeticon Astronomicon' ex qua re coici potest eum non auctoritatem codicis Hygini, sed unam ex ueterrimis editionibus secutum esse; nam codices, ut iam antea dixi, incipiunt a uerbis 'Hyginus M. fabio' . ad emendanda Hygini uerba hic liber nullam utilitatem praebet.

Omnes hos libros tam accurate comparaui, ut uix quicquam mihi se subduxerit . in colligenda autem lectionis uarietate ita uersatus sum, ut omnia quae ad rem pertinerent, exscripserim.

Codicem Fribergensem saec. XV, ex quo Wellerus in libro, quem supra commemoraui, nonnulla proposuit, nancisci non potui . hic liber est membraneus, in quo praeter Aratea Germanici insunt Hygini Astronomica . in initio (fol. 11, a) haec leguntur 'Hygini de sideribus tractatus egregius incipit' in fine autem 'Annum uoluere esse, cum sol ab aestiuo circulo redit' . statim post haec uerba sequitur fragmentum astronomicum (Duo sunt extremi uertices mundi etc.); de quo paulo

antea diximus . graeca ab alia manu apposita esse uidentur, et in margine cernuntur imagines formarum caelestium . fuit olim Friderici Berghii, canonici Wradislauiensis.

In bibliotheca Uaticana seruatur liber, in quo haec leguntur (cf. Isidori Hisp. ed. Areualus, Romae 1797 tom. 3 p. 329 sq.) 'Incipit liber Hygini periti magistri de astronomia. Hyginus M. Fabio salutem. Etsi te . . . . moderatione (alia manus suprascr. modulatione) etc.' desinit in uerbis 'cum sol ab aestiuo circulo redit' . est codex Nr. 1260, forma quadrata, saec. IX scriptus. Hygini liber est in fol. 44—84. in initio expressum est nomen Petri Danielis Aurel.

Uarietatem lectionis codicum D G N sub uerbis scriptoris adieci, aliorum librorum lectiones in commentario meo suis locis afferam . praeter libros scriptos etiam libri impressi comparandi erant; ex quibus plurimos, si nihil noui afferrent, properante oculo inspexi, alios accuratissime comparaui . semper mihi ad manus fuerunt editio Ueneta anni 1482, liber Parisiensis anni 1578 et ii libri, quos Schefferus, Munckerus, Staurenus ediderunt.

Ceterum uerba scriptoris ubique ex meliorum librorum auctoritate et ex grammaticae artis legibus, quantum fieri posset, restituere conatus sum, eiectis iis omnibus, quae tempore procedente addita essent; in qua quidem re auctoritatem libri Dresdensis potissimum secutus sum . saepius etiam uirorum doctorum emendationes, quae quidem certae mihi esse uidebantur, recepi; ubi autem res incerta esset, uulgatam lectionem intactam reliqui . nec praetermisi aliorum scriptorum locos, quibus Hygini uerba emendari aut illustrari possent . ita factum est, ut nunc hic liber noua inscriptione ornatus et forma satis mutata in lucem prodeat . restant tamen nonnulla, quae etiam in optimis codicibus corrupta sunt, et alia quae mutari non possunt, nisi quis complures codices ueterrimos inspexerit et inter se comparauerit.

Uale, lector, et conatibus meis faue.

Scribebam Leerae ad Ledam,
mense Nouembri a. 1874.

Hygini Astronomica.

Sigla, quibus usus sum, haec sunt:

D = cod. Dresdensis saec. IX exeuntis uel saec. X ineuntis.
G = cod. Guelferbytanus saec. XII ineuntis.
H = cod. Hemsterhusii saec. XII (incipit lib. II cp. 14).
M = Muncker.
Mor. = cod. Morellii.
N = cod. Guelferbytanus saec. XV.
O = cod. Doruillii.
Sch. = Scheffer.
St. = Staveren.
U = editio Ueneta a. 1482.
Ul = cod. Ulitii.
Voss. = cod. Vossianus.

LIBER PRIMUS.

HYGINUS M. FABIO plurimam salutem.

Etsi te studio grammaticae artis inductum, non solum uersuum moderatione, quam pauci peruiderunt, sed historiarum quoque uarietate, qua scientia rerum perspicitur, praestare uideo, quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest, desiderans potius scientem quam liberalem iudicem: tamen quo magis exercitatus et nonnullis etiam saepius in his rebus occupatus esse uideor, ne nihil in adolescentia laborasse dicerer, et imperitorum iudicio desidiae subirem crimen, hoc uelut rudimento scientiae nisus scripsi ad te, non ut imperito monstrans, sed ut scientissimum commonens.

Sphaerae figurationem circulorumque qui in ea sunt notatio-

D 2 Ō fabio | 5 perstare | 6 suis | 10 uelud | 12 spherae. — G 2 GINVS | dlurimam om. | 4 hystoriarum | 8 et ne nich | 9 et ne | crimen subirem. | 11 non monstrans ut imperito | 12 Sperae. — N 5 sciencia | 7 liberalem animum | 8 nichil | adulescencia | 11 inperito | 12 Spere | notacionem.

Adnotationes: 1 Omnes sic scribunt C. Iulii Hygini Poeticon Astronomicon . De mundi et sphaerae ac utriusque partium declaratione . Liber Primus' . haec tamen omnia, ut iam antea dixi, in codicibus non leguntur | 2 M. fabio G N. De hoc Fabio nihil certi statui potest . nonnulli putant Hyginum dicere Quintilianum, sed hoc ex eius uerbis minime est probandum | plurimum salutis, 1. Mor. | 4 moderacione D N. in cod. Uaticano, cuius supra memini, suprascriptum est modulatione; sed nec illud reiciendum est, ut iam M. ostendit. Cic. Tusc. 5, 36 cantus numerosque moderantur; Firmicus Astr. 6, 31 religiosi carminis moderator | 8 sepius D G N | uidear G N uideor D | 9 laborasse i. e. scripsisse, litteris mandasse. —

nem, et quae ratio fuerit, ut non aequis partibus diuiderentur; praeterea terrae marisque definitionem, et quae partes eius non habitentur, ut multis iustisque de causis hominibus carere uideantur, ordine exposuimus. rursusque redeuntes ad sphaeram, duo et XL signa nominatim pernumerauimus. exinde uniuscuiusque signi historias causamque ad sidera perlationis ostendimus. eodem loco nobis utile uisum est persequi eorum corporum deformationes et in his numerum stellarum. nec praetermisimus ostendere ad septem circulorum notationem, quo corpora aut partes corporum peruenirent et quemadmodum ab his diuiderentur. diximus etiam de aestiui circuli definitione, quaerentes, quare non idem hiemalis uocaretur, et quid eos fefellerit, qui ita senserint; et quid in ea parte sphaerae solis efficiat cursus. praeterea, quare circulos in octo partes diuideremus, ordine exposuimus. scripsimus etiam, quo loco circulus aequinoctialis foret constitutus, et quid efficeret ad eum perueniens sol. in eiusdem circuli demonstratione ostendimus, quare Aries inter sidera celerrimus diceretur. pauca praeterea de hiemali circulo diximus. exinde zodiacum circulum definiuimus et eius effectus, et quare potius duodecim signa quam undecim numerarentur; quid etiam nobis de reliquis circulis uideretur. his propositis rebus ad id loci uenimus, ut exponeremus, utrum mundus ipse cum stellis uerteretur, an mundo stante uagae stellae ferrentur; et quid de eo nobis et conpluribus uideretur, quaque ra-

---

D 10 aetiam in estiui circuli diffinitione . querentes | 18 zodiacon | 19 pocius. — G 4 et rursus | II | 6 hystorias causasque | 8 VII | 9 quae | 13 sperae | 14 Scripsimus quoque | 17 Praeterea pauca diximus de hiemali circulo | 19 numerentur . et quid reliquis circulis nobis uideretur | 23 et qua | — N 2 deficionem | 3 iustissimisque | 8 hys | 9 que | 10 in estiui | 11 querentes | 18 dicimus | 19 numerentur | 21 praepositis. —

---

1 equis G N | 2 diffinitionem D G. sciendum est in D in plerisque locis scribi definire et definitio, in G autem aliisque fere ubique est diffinire et diffinitio . quod cum hoc loco dixerim, in sequentibus non semper adnotabo | 3 habitantur D N. quod dedi, habet G | 4 rursusque etc. cf. infra lib. 2 cp. 1—41 | speram D G | et XXX N D | 6 eodem etc. cf. lib. 3 cp. 1—40 | 9 quo D uulg. quae | 10 diximus etc. cf. lib. 4 cp. 1 | 11 omnes scribunt 'in aestiui' quod ferri minime potest . in nonnullis libris est 'inde' quare legendum arbitror 'de' nam illud in facile oriri potuit ex uocabulo antecedenti . sciendum tamen est in G sic legi 'etiam inde estiui circuli diffinitionem' quod non minus placet | 14 VIII G N | 19 XII G N | XI G N | 20 his etc. cf. lib. 4 cp. 8 | 21 id loci . similiter infra 4, 14 'ad hoc loci deuenimus' | 22 stellis D G N uulg. stellis suis | vage stelle N. sciendum est in hoc codice diphthongos fere semper neglegi | 23 conpl. D uulg. compl. | quaque D N uulg. et qua.

tione ipse mundus uerteretur. praeterea quare nonnulla signa celerius exorta serius occiderent, nonnulla etiam tardius ceteris exorta citius ad occasum peruenirent; quare etiam quae signa pariter oriantur, non simul occidant. eodem loco diximus, quare non essent in sphaera superiora inferioribus hemicyclis aequalia, et quot modis stellas uidere non possimus. praeterea scripsimus in duodecim signorum ortu quae de reliquis corpora exoriri, et quae eodem tempore occidere uiderentur. deinde ordine perscripsimus, utrum sol cum mundo fixus uerteretur, an ipse per se moueretur, et cum ipse per se moueatur et contra duodecim signorum ortus eat, quare uideatur cum mundo exoriri et occidere. deinde protinus de lunae cursu pauca proposuimus et utrum suo an alieno lumine uteretur; eclipsis solis et lunae quomodo fieret; quare luna per eundem circulum iter faciens, celerius sole currere uideatur, et quid fefellerit eos qui ita senserint. quinque stellae quantum habeant interuallum, et utrum quinque sint an septem, et utrum quinque certe errent, an omnes, et quinque quomodo currant. diximus etiam, qua ratione priores astrologi non eodem tempore signa et reliquas stellas reuerti dixerint, et quare Meton diligentissime obseruasse uideatur, et quid reliquos fefellerit in eadem causa.

In his igitur tam multis et uariis rebus non erit mirum aut pertimescendum, quod tantum numerum uersuum scripserimus; neque enim magnitudinem uoluminis, sed rerum multitudinem peritos conuenit spectare. quod si longior in sermone uisus fuero, non mea facunditate, sed rei necessitate factum existimato; nec si breuius aliquid dixero, minus idem ualere confidito, quam si pluribus esset audiendum uerbis. etenim praeter nostram scriptio-

D 4 superiorā in terioribus hemicycli | 6 possumus. — G 1 mundus ipse | 3 signa quae | oriuntur | 5 emicicli | 6 diximus | XII | 8 scripsimus | 9 'moueretur . . . per se' om. | 10 XII | 12 Eclypsis | lunae quando fieret . quando luna | 14 eos fefellerit | 15 V sint an VII | 19 obseruare | 20 in eadem causa fefellerit. — N 2 cicius | 3 que signa | 6 hemicicli | 12 Eclipses | 13 fierent | 21 hys | 25 existimatur —

4 eodem etc. cf. infra 4, 11 | spera D G N | superiori St. | 4 interioribus G N atque sic omnes scribunt . quod dedi, habet 1 Voss. | 5 hemicylis O uulg. hemicycli | equalia, G N | 8 sol utrum D N | 11 deinde etc. cf. infra 4, 13 | 16 certae G N | 19 meton D metam G N. perperam omnes scribunt 'metam diligentissime obs. uideantur'. De Metone dixi in Prolegg. | 19 uideantur D G N | 25 facunditate i. e. facundia . eadem uoce utitur Plautus Truc. 2, 6, 13. in glossario uetere apud H. Stephanum legimus: facunditas εὐγλωττία . in nonnullis libris est fecunditate.

nem sphaerae, quae fuerunt ab Arato obscurius dicta, persecuti planius ostendimus, ut penitus id quod coepimus exquisisse uideremur. quod si uel optimis usus auctoribus effeci, ut neque breuius neque uerius diceret quisquam, non inmerito fuerim laudari dignus a uobis, quae uel amplissima laus hominibus est doctis; si minus, non deprecamur in hac confectione nostram scientiam ponderari . ideoque maioribus etiam niti laboribus cogitamus, in quibus et ipsi exerceamur et quibus uolumus nos probare possimus. etenim necessariis nostris hominibus scientissimis maximas res scripsimus; non leuibus occupati rebus populi captamus existimationem . sed ne diutius de eo, quod neglegimus, loquamur, ad propositum ueniemus et initium rerum demonstrabimus.

I. DE MUNDO. Mundus appellatur is qui constat ex sole et luna et terra et stellis omnibus.

DE SPHAERA. Sphaera est species quaedam in rotundo conformata, omnibus ex partibus aequalis apparens, unde reliqui circuli finiuntur . huius autem neque exitus, neque initium potest definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus et initia et exitus significare possunt.

D 15 DE SPERA Spera est speties. — G 1 sperae | 2 cepimus | uideamur | 6 non om. | ponderari scientiam | 7 adeoque etiam maioribus | cogitamus om. 8 in quibus uolumus nos probare quod possumus | 9 res maximas | 10 scripsimus om. | 11 negligimus | 13 'De mundo' om. | appellatur om. | 15 'De sphaera' om. | Pera | quedam | 18 omnis. — N 1 spere | dicta obscurius | 3 neque uerius neque breuius | 11 negleximus | 12 inicium | 15 De spera | quedam species | 17 in qua (suprascr. unde).

---

4 quisquam D G N uulg. quispiam | inmerito D G imm. N | 5 uulgo sic distinguunt 'est, doctis' ita ut cohaereant illa 'a uobis hominibus doctis' | est hominibus G N | si minus etc. In N suprascriptum est si quido non refutamus in hoc opero laudari' | 6 depraecamur D G. notandum est deprecari h. l. coniungi cum infinitiuo | 8 quibus etc. sic scripsi ex D N pro 'in quibus uolumus nos propare, quid possimus' | 9 necessarii sunt amici, ἀναγκαῖοι | 11 negl. D uulg. negligimus | 12 in nonnullis libris est 'initia'. | Cap. I uulgo inscribitur De mundo et sphaera . quod dedi, habent D N | cf. Isidor. Orig. 3, 28 | 14 st. omn. D uulg. 'omnibus stellis' quod etiam G N habent | 15 'De sphaera' addidi ex D N | Haec omnia usque ad finem cp. 7 exscripsit Beda in eo loco, ubi disputatur de circulis sphaerae et polo (Bedae op. Coloniae 1612 tom. I p. 365). hinc sua sumsit etiam Isidor. Orig. 3, 31; N. R. cp. 12 | 17 autem D G N uulg. autem sphaerae sciendum est in N fere semper scribi inicium, inicia, cicius, diucius, notacio etc. haec et similia in sqq. non semper apponam | 19 uulg. 'significari' quod etiam D G N habent . uera lectio est in 2 Ul. et ap. Bedam.

II. DE CENTRO. Centron est cuius ab initio circumductio sphaerae terminatur, ac terrae positio constituta declaratur.

III. DE DIMENSIONE. Dimensio, quae totius ostenditur sphaerae, est cum ex utrisque partibus eius ad extremam circumductionem rectae ut uirgulae perducuntur; quae dimensio a compluribus axis est appellata . huius autem cacumina, quibus maxime sphaera nititur, poli appellantur; quorum alter ad aquilonem spectans boreus, alter oppositus austro notius est dictus.

IV. SIGNIFICATIONES quaedam in circumductione sphaerae circuli appellantur . e quibus paralleli dicuntur, qui ad eundem polum constituti finiuntur . maximi autem sunt, qui eodem centro quo sphaera continentur.

Horizon appellatur is, qui terminat ea quae perspici aut non uideri possunt . hic autem incerta ratione definitur, quod modo polo subiectus et circulis his qui paralleli dicuntur, modo duobus extremis et aequalibus nixus, modo aliis partibus adiectus terrae, peruidetur ita, utcumque fuerit sphaera conlocata.

V. POLUS is qui boreus appellatur, peruideri potest semper; notius autem ratione dissimili semper est a conspectu remotus. Naturalis autem mundi statio, quae physice dicitur, ea est in boreo polo finita, ut omnia a dextris partibus exoriri, in sinistris occidere uideantur . exortus enim est subita quaedam species obiecta nostro conspectui; occasus autem pari de causa, ut erepta ab oculis uisa.

D 4 est om. | 7 sphera | 8 nothius | 12 sphera | 14 quo modo poloque | 22 spetics. — G 1 De centro om. | 3 De dim. om. | 4 sperae | 6 apellata | 8 breuis | 9 sperae | 15 paralelli | 18 doreus | 22 est enim. — N 3 dimensio est que | 5 recte ut uirgule | 6 huius axis autem | 9 spere | 10 et quibus equistantes (paralleloe) | 15 hiis | paralleloe | 18 De polo. Polus | 19 semotus | 20 phisice.

1 De centro, D N | Centron D G N uulg. Centrum | Cap. III uulgo inscribitur De axi . quod dedi habent D N. in cod. Friberg. haec adduntur 'De dimensione sphaerae quae axis dicitur.' | 4 'est' om. U aliique | 5 rectae ut uirg. i. e. rectae quasi lineae, ut ait M. | recte D U aliique | 7 spera G N | 8 alter etc. Isidorus N. R. l. c. alter terrae oppositus austronotus dictus est | nothus G N | Cap. IV uulgo inscribitur 'De significationibus.' De significatione, U; De circulis sphaerae quomodo dicantur, cod. Friberg; Quae sint significationes, Beda | 9 circumd. in 1 Voss. additur glossa 'circumferentia'. | 12 spera G N | 14 uideri non, Beda | 17 spera G N | Cap. V uulgo inscribitur De Polo; cf. Isidor Orig. 3, 37 | 20 quae om. D G N; uulgo sic scribunt 'statio φυσιxὴ dicitur . Ea' . quod dedi, uoluit M. qui in 1 Ms. inuenit 'statio quae' | physice D G | 'dicitur . Ea' G N | 21 a D aliique; e G N | 23 ut G aut D et N—Cap. IV uulgo inscribitur De figuratione circulorum sphaerae. cf. Isidor. Orig. 3, 43 sq., N. R. cp. 20.

VI. In finitione mundi circuli sunt paralleli V, in quibus tota ratio sphaerae consistit, praeter eum qui zodiacus appellatur; qui quod non, ut ceteri circuli, certa dimensione finitur, et inclinatior aliis uidetur, λοξός a Graecis est dictus . quinque autem quos supra diximus, sic in sphaera metiuntur, initio sumpto a polo qui boreus appellatur, ad eum qui notius et antarcticus uocatur . in triginta partes unumquodque hemisphaerium diuiditur, ita uti dimensio significare uideatur in tota sphaera sexaginta partes factas . deinde ab eodem principio boreo sex partibus ex utraque finitione sumptis, circulus ducitur, cuius centron ipse est polus finitus; qui circulus arcticos appellatur, quod intra eum Arctorum simulacra ut inclusa perspiciuntur; quae signa a nostris ursarum specie ficta, Septentriones appellantur. ab hoc circulo de reliquis partibus quinque sumptis, eodem centro quo supra diximus, circulus ducitur, qui θερινὸς τροπικός appellatur, ideo quod sol cum ad eum circulum peruenit, aestatem efficit eis qui in aquilonis finibus sunt, hiemem autem eis, quos austri flatibus oppositos ante diximus . praeterea, quod ultra eum circulum sol non transit, sed statim reuertitur, τροπικός est appellatus. ab hoc circuli significatione quattuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus aequinoctialis, qui a Graecis ἰσημερινός appellatur, ideo quod sol cum ad eum orbem peruenit, aequinoctium conficit.

Hoc circulo facto, dimidia sphaerae pars constituta perspicitur . e contrario item simili ratione a notio polo sex partibus

---

D 7 hemispherium | 8 sphera | 10 ipse polus finitur. Circulus | 12 ut om. 13 spetie | septentriones | 23 dimedia. — G 1 paralelli | 2 sperae | qui est Zodiacus apellatus | 4 laxos | grecis | 5 spera | 6 boreas apellatur | apellatur | 7 'in triginta' om. | hemispherium om. | 8 spera | 9 borea | 11 qui om. | simulachra | 13 apellantur | 14 V assumptis | 21 equinoctalis a grecis hesemerinos appellatus | 22 efficit | 23 sperae | perficitur. — N 1 paralleloe quinque | 2 spere | 5 spera | 7 XXX | hemisperium | ut | 8 spera | 10 ipse polus finitus circulus | 11 eum om. | 17 hyemem | 19 tropicus | 23 spere | 24 notho.

---

5 metiri h. l. sensu passiuo accipiendum est, cf. lib. 4 cp. 19 | 6 nothus et antarticos G N | 8 significare 2 Voss., uulg. significari, quod etiam D G N habent, cf. supra cp. 1 | 8 sex. D LX G N; uulg. 'per sexaginta' | 10 centron D G N uulg. centrum, cf. supra cp. 2 | ipse polus finitus circulus etc. 3 Voss. quod probat St. | 11 arcticos D G articos N uulg. arcticus | arctorum D arcturi G N uulg. Arcti | 13 septemtriones G N | 15 therinos tropicos D G N | 17 ante, cf. cp. 3 . 18 Preterea G N | 19 tropicos D G | 20 quattuor D uulg. quatuor | 21 qui etc. D uulg. aequinoctialis, a Graecis ἰσ. appellatus | hisemerinos D N. in N suprascriptum est 'equidistans uel equinoctial' et i. m. additur 'equinoctialis' | 22 equinoctium G N. locos, in quibus diphthongi in codicibus negleguntur, in seqq. non semper adscribam | 22 efficit (suprascr. con) D.

sumptis, ut supra de boreo diximus, circulus ductus *ἀνταρκτικός* uocatur, quod contrarius est ei circulo, quem arcticon supra definiuimus. hac definitione sphaerae, centroque poli qui notius dicitur, V partibus sumptis, circulus *χειμερινὸς τροπικός* instituitur, a nobis hiemalis, a nonnullis etiam brumalis appellatus, ideo quod sol cum ad eum circulum peruenit, hiemem efficit his qui ad aquilonem spectant; aestatem autem his qui in austri partibus domicilia constituerunt . quanto enim abest longius ab illis qui in aquilonis habitant finibus, hoc hieme maiore conflictantur; aestate autem hi, quibus sol appositus peruidetur . itaque Aethiopes sub utroque orbe necessario fiunt. ab hoc circulo ad aequinoctialem circulum reliquae fiunt partes quattuor, ita uti sol per octo partes sphaerae currere uideatur. Zodiacus autem circ..lus sic uel optime definiri poterit, ut signis factis, sicut postea dicemus, ex ordine circulus perducatur. qui autem lacteus uocatur, contrarius aequinoctiali, ibi oportet ut eum medium diuidere et bis ad eum peruenire uideatur, semel in eo loco ubi Aquila constituitur, iterum autem ad eius signi regionem, quod Procyon uocatur.

Duodecim signorum partes sic diuiduntur: Quinque circuli, de quibus supra diximus, ita finiuntur, ut unusquisque eorum diuidatur in partes duodecim, et ita ex eorum punctis lineae perducantur, quae circulos significent factos, in quibus duodecim signa describantur . sed a nonnullis imperitioribus quaeritur, quare non aequis partibus circuli finiantur, hoc est, ut de triginta partibus quinae partes diuidantur, et ita circuli pari ratione ducantur . id facillime defendi posse confidimus . cum enim media sphaera diuisa est, eius circuli nullus potest aequalis esse, qui quamuis

D 2 eo | difiniuimus | 4 himerinos tropicos | 7 exspectant | 9 hac | 16 oportet eum | 19 sic partes. — G 1 borea | 2 diximus | 4 himerinus tropicus | 8 Quanto autem | ab his | 10 hii | 18 autem om. | 19 XII | 21 XII | 24 XXX | 25 V partes | diuidantur ut ita. — N 2 ei om. | 3 nothus | 4 quinque | chimerinos tropicos | 5 a nonnullis hyemalis a nonnullis etiam | ideo cum sol | 6 hys | 8 constituere | ab hys | 12 IIII | ita om. | 13 Odiacus | 22 significant | 24 XXX.

1 antarcticos D G N | 3 sperae D G | polo D G N | 5 V D G uulg. quinque | appellatur D G | 10 ethiopes D G | 12 quattuor D | VIII G N | 13 sperae D G | 16 ibi D G N uulg. ubi . sed non sanus est hic locus . Beda haec habet 'aequinoctiali uel ita ibi oportet constituere ut' | 18 procyon D prochion G N uulg. *προχύων* | 20 supra dix. D G N dix. supra St. | 22 XII G N | 23 imp. D G N inp. St. | 26 sciendum est in D fere semper scribi 'sphera, hemispherium' in G N spera, hemisperium | 27 'est, circulorum' Beda . quod praeferendum uidetur | Mic. coni. quin quamuis.

proxime eum accedat, tamen minor esse uideatur . itaque qui primum sphaeram fecerunt, cum uellent omnium circulorum aequas rationes esse, pro rata parte uoluerunt significare, ut quanto magis a polo discederetur, hoc minorem numerum partium sumerent in circulis metiendis, quo necesse his erat maiorem circulum definire . quod etiam ex ipsa sphaera licet intellegere; quanto magis a polo discedes, hoc maiores circulos fieri necesse est, et hac re minorem numerum duci, ut pares eorum uideantur effectus . et si non in triginta partes unumquodque hemisphaerium diuidatur, sed in alias quaslibet finitiones, tamen eo ratio peruenit eius, ac si triginta partes fecisset.

VII. Zodiacus circulus tribus his subiectus, de quibus supra diximus, ex quadam parte contingit aestiuum et hiemalem circulum, aequinoctialem autem medium diuidit . itaque sol per zodiacum circulum currens, neque extra eum transiens necessario etiam cum signis his, quibus innixus iter conficere uidetur, peruenit ad eos quos supra diximus orbes et ita quattuor tempora definit . nam ab Ariete incipiens uer ostendit; et Taurum et Geminos transiens, idem significat . sed iam capitibus Geminorum circulum aestiuum tangere uidetur, et per Cancrum et Leonem transiens et Uirginem, aestatem efficit . et rursus a Uirginis extrema parte transire ad aequinoctialem circulum perspicitur; in Libra autem aequinoctium conficit et autumnum significare incipit . ab hoc signo transiens ad Scorpium et Sagittarium, deinde protinus incurrit in hiemalem circulum et Capricorno, Aquario, Piscibus hiemem transigit . itaque ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens ad eos peruenire.

D 7 discedens | 14 sol om. — G 1 ad eum | 3 esse rationes | ut om. | 7 'necesse est' om. | 9 XXX | 10 quoslibet | 16 efficere | 17 IIII | 18 thaurum 19 aestiuum circulum | 20 et uirginem transiens | 21 ab extrema parte uirginis 2 et a | transiit | 26 circulos om. — N 10 quotlibet | 12 De zodiaco Odiacus | hys 13 hyemalem | 17 IIII | 20 per om. | 24 sagitarium | hyemalem | 25 hiemem om. | 26 III.

---

4 hoc D G N uulg. eo | 5 quo etc. D G N uulg. quo erat necesse his | 6 int. D uulg. intelligere | 7 hoc D G N uulg. eo | 10 quasl. D uulg. quotlibet | 11 XXX G N | Cap. VII uulgo inscribitur De Zodiaco circulo | 14 zodiacon D N | 15 etiam cum D uulg. cum | 16 signis his D G N uulg. his signis | 17 quattuor D uulg. quatuor | 19 iam, Sch. coni. in | 21 rursus D rursum G N | 23 uulgo sic distinguunt 'incipit, ab . . . Deinde' . melius esset: deinde ab hoc . . . Sagittarium, protinus | 25 et D N uulg. et a | 26 zodiacon D G N.

Sed quoniam de his rebus diximus, nunc terrae positionem definiemus, et mare quibus locis interfusum uideatur, ordine exponemus.

VIII. DE TERRA. Terra mundi media regione collocata, omnibus partibus aequali dissidens interuallo, centron optinet sphaerae. hanc mediam diuidit axis in dimensione totius terrae. Oceanus autem e regione circumductionis sphaerae profusus, prope totius orbis alluit fines; itaque et signa occidentia in eum decidere existimantur. sic igitur et terras contineri poterimus explanare. nam quaecumque regio, quae inter arcticum et aestiuum finem collocata est, ea diuiditur trifarie; e quibus una pars Europa, altera Asia, tertia Africa uocatur. Europam igitur ab Africa diuidit mare ab extremis Oceani finibus et Herculis columnis. Asiam autem et Libyam cum Aegypto disterminat os Nili fluminis, quod Canopicon appellatur. Asiam ab Europa Tanais diuidit, bifariam se coniciens in paludem quae Maeotis appellatur. hac igitur definitione facile peruidetur mare omnibus obiectum finibus terrae.

Sed ne uideatur nonnullis mirum, cum sphaera in sexaginta partes diuidatur, ut ante diximus, quare definiuimus ab aestiuo circulo ad arcticum finem dumtaxat habitari, sic uel optime defendimus. sol enim per mediam regionem sphaerae currens, nimium his locis efficit feruorem. itaque quae finis est ab aestiuo circulo ad hiemalem, ea terra a Graecis διακεκαυμένη uocatur, quod neque fruges propter exustam terram nasci, neque homines propter nimium ardorem durare possunt. extremae autem regiones sphaerae duorum circulorum, quorum alter boreus, alter notius uocatur, fine arctici circuli et eius qui antarcticos uocatur, non

D 12 tercia | 24 ex ustam | 27 antarticos. — G 4 De terra om. | 14 aegipto | 17 adiectum omnibus | 18 LX | 19 diffinimus | 20 deffendimus | 22 calorem | 23 diaceeaumene | 26 boreas | 27 in arcticos. — N 6 tocius | 8 adluit | 11 trifariam | 14 uero | egipto | 22 hys | 23 hyemalem | diacoucamene.

4 Cap. VIII uulgo inscribitur De terra et mari. quod dedi, habent D N | Exscripsit hunc locum Isidor. N. R. cp. 48 | 5 centron D G N uulg. centrum | opt. D obt. G N | 7 e reg. D uulg. 'regione' quod etiam G N habent et Isidor. | 10 quaecumque D N uulg. quaecunque | regio D uulg. 'regio est' quod etiam G N habent | 11 trifarie D G uulg. trifariam, cf. infra II, 19 | 12 altera affrica tercia (tertia N) asia G N | 14 autem D G uulg. uero | libiam D G | 16 conliciens D G N uulg. coniiciens | meotis D G N | 17 obiectum D N uulg. adiectum | 19 defin. D N uulg. definimus | 26 nothus G N | 27 antarcticos N uulg. antarcticus.

habitantur, ideo quod sol ab his circulis semper abest longe, uentique assiduos habent flatus . quamuis enim sol perueniat ad aestiuum circulum, tamen longe ab arctico uidebitur fine . id ita esse hinc quoque licet intellegere: Cum enim sol peruenit ad eum circulum qui hiemalis uocatur, et efficiat nobis, qui prope eum sumus constituti, nimium frigus, quid arbitramur eis locis frigoris esse, qui longius etiam absunt a nobis? quod cum in hac parte sphaerae fiat, idem in altera parte definitum putauimus, ideo quod similes sunt eius effectus . praeterea hinc quoque intellegimus illic maximum frigus et in aestiuo circulo calorem esse, quod qua terra habitatur, eos tamen uidemus, qui proxime sunt arcticum finem, uti bracis et eiusmodi uestimenta; qui autem proximi sunt aestiuo circulo, eos Aethiopas et perusto corpore esse . habitatur autem sic temperatissimo caelo, cum inter aestiuum circulum et arcticum finem haec proueniat temperatio; quod ab arctico circulo frigus, ab aestiuo feruor exortus in unum concurrens efficit mediam finem temperatam, quae habitari possit . itaque cum sol ab eo loco discessit, hieme necessario conflictamur, quod uentum exorientem non reuerberat sol . quod cum ueniat in hac definitione, illud quoque fieri posse uidemus, ut hiemali circulo nobis ad antarcticum finem habitari possit, quod pares eodem proueniant casus. certum quidem esse nemo contendit, neque peruenire eo potest quisquam

---

D 13 et hiopes | Habitantur. — G 6 his locis esse frigoris | 7 sunt | 8 fiet putamus | 11 proximi | ad arcticum | 12 uestitu uestium | 13 ethiopas | 14 temperantissimo | 16 medium finem temperatum quod | 21 pares eodem ueniant | 22 nemo esse. — N 1 hys | 5 hyemalis | 12 uestitu uestituum | 13 perustos | 14 celo | 16 mediam efficit | 18 hyeme.

---

1 abest D uulg. 'est' quod etiam G N habent | 2 uentique D G N uulg. uenti quoque | 4 int. D intelligere G N | perueniat, 1 Voss. | 5 Sch. uult. 'efficit'. sciendum est modos uerborum in hoc libro saepius confundi | 8 put. D uulg. putabimus | 9 sunt eius D uulg. eius sunt | int. D N uulg. intelligimus | 10 q: (i. e. que) D quae G que N uulg. 'quae terra habitatur . Eos.' quod non est probandum . quod dedi, iam habent libri antiquiores | 11 sunt D G N uulg. sint | 12 bracis D G N uulg. braccis | uestimentam (i. e. uestimenta) D. si librarius recte uidit, mira sane est dicendi ratio . de constructione uerbi utor dicam infra II, 4. uulgo scribunt 'uestitu uestium' | sunt D G N uulg. sint | 14 sic, Sch. coni. hic | 15 uulg. 'perueniat' quod etiam D G N habent . sed legendum uidetur proueniat, et in sqq. proueniant | temperantia D G | 16 finis h. l. est generis feminini, ut paulo antea . unus ex Voss. habet 'medium finem temperatum' et supra 'itaque qui finis' | 19 ueniat i. e. eueniat, ut ait M. | 21 perueniant D G et sic omnes scribunt; proueniant N.

propter interiectum terrae, quae propter ardorem non habitatur . sed cum uidemus hanc regionem sphaerae habitari, illam quoque in simili causa posse constitui suspicamur.

LIBER SECUNDUS.

Sed quoniam quae nobis de terrae positione dicenda fuerunt, et sphaeram totam definiuimus, nunc quae in ea signa sint singillatim nominabimus . e quibus igitur primum duas Arctos et Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus et eum, qui Engonasin uocatur; exinde Lyram cum Olore et Cepheo et eius uxore Cassiepia filiaque eius Andromeda et genero Perseo . dicemus etiam protinus Aurigam, a Graecis Heniochum appellatum, Ophiuchum praeterea cum Aquila et Sagitta paruoque Delphine . inde Equum dicemus cum eo sidere, quod Deltoton uocatur . his corporibus enumeratis, ad duodecim signa peruenienmus . ea sunt haec: Aries, Taurus, Gemini; deinde Cancer cum Leone et Uirgine; praeterea Libra, dimidia pars Scorpionis et ipse Scorpius cum Sagittario et Capricorno; Aquarius autem cum Piscibus reliquas habet partes . his enumeratis, suo ordine est Cetus cum Eridano flumine et Lepore; deinde Orion cum Cane et eo signo, quod Procyon uocatur . praeterea est Argo cum Centauro et Ara: deinde Hydra cum Pisce qui notius uocatur . horum omnium non inutile

---

D 5 fuerant | 8 arctofilacam | 12 Ophiucum | delfine | 16 dimedia | 21 hidra | notus | utile. — G 6 sunt | 10 cassiopeia | andromada | 12 Ophyulcum | 14 XII | 15 thaurus | 19 fluuio | 20 'praeterea . . . uocatur' om. — N 8 dicimus cexeum . qui | 10 eius om. | dicimus | 13 dicimus | Hys | 14 peruenimus | 17 autem om. | 18 Hys | 20 dicitur | 21 idra | nocius.

---

4 uulgo scribunt 'De signorum coelestium historiis. Liber secundus' . haec omnia om. D G N | 6 sint D N uulg. sunt | singillatim D sigillatim G N | 8 arctophilaca G N | et eum D G uulg. Ceteum . infra I, 5 nam is qui in astris dicitur Engonasin; III, 6 et 7 'eius qui Eng. uocatur' . quod dedi, iam uoluit Modius, Novantiquae Lectiones. Francofurti 1584 p. 45 | 9 liram D N | 10 uulg. Cassiopeia h. l. et alibi, quam scribendi rationem seruat G . scripsi omnibus locis Cassiepia ex D N | 10 filiaque eius D G uulg. filiaque | 11 heniochum D eniochum G N uulg. *'Ἡνίοχον* | 12 aquila et sag. D G N uulg. Sagitta et Aq. | 18 coetus D N | 18 heridano D N | 20 procyon D prochion G N uulg. *προκύων* | 21 uocatur D G uulg. dicitur.

uidetur historias proponere, quae certe aut utilitatem ad scientiam, aut iucunditatem ad delectationem adferent lectori.

I. Igitur, ut supra diximus, initium nobis est Arctos maxima . hanc autem Hesiodus ait esse Callisto nomine, Lycaonis filiam, eius qui in Arcadia regnauit; eamque studio uenationis inductam, ad Dianam se applicuisse, a qua non mediocriter esse dilectam propter utriusque consimilem naturam . postea autem ab Ioue compressam ueritam Dianae suum dicere euentum . quod diutius celare non potuit; nam iam utero ingrauescente, prope diem partus in flumine corpus exercitatione defessum cum recrearet, a Diana cognita est non conseruasse uirginitatem . cui dea pro magnitudine suspitionis non minorem retribuit poenam . erepta enim facie uirginali, in ursae speciem est conuersa, quae graece *ἄρκτος* appellatur. in ea figura corporis Arcada procreauit . sed ut ait Amphis comoediarum scriptor, Juppiter simulatus effigiem Dianae, cum uirginem uenantem ut adiuuans persequeretur, amotam a conspectu ceterarum compressit . quae rogata a Diana quid ei accidisset, quod tam grandi utero uideretur, illius peccato id euenisse dixit . itaque propter eius responsum, in quam figuram supra diximus, eam Diana conuertit . quae cum in silua ut fera uagaretur, a quibusdam Aetolorum capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio est deducta ibique dicitur inscia legis in Iouis Lycaei templum se coniecisse; quam confestim filius est secutus . itaque cum eos Arcades insecuti interficere co-

---

D 4 chalisto | lichaonis | 13 spetiem | 21 lichaonem. — G 2 iocunditatem | 4 calisto | 7 Post ea | 8 euentum om. | 11 uirginitatem non obseruasse | 14 a grecis | 15 comediarum | 17 amotam a ceteris | 19 id uenire | 21 etholorum | 22 ducta | 23 'in Iouis' om. — N 3 est nobis | 11 seruasse | 15 iupiter | 24 secutus est.

---

2 adf. D afferent G N | Cap. I uulgo inscribitur Arctos maior | cf. Ar. Phaen. 26 sqq., Catast cp. 1., Schol. Germ. u. 24 sqq., Ouid. Fast. 2, 155 | 3 nobis est D G uulg. est nobis | 4 esiodus D G N | licaonis G N | 5 archadia D G N | 12 suspitionis G uulg. suspicionis . in uno ex Ul. est stoupitionis' quare coni. M stuprationis | penam G N | 14 arctos D G N | archada D G | 16 adiuuans D uulg. 'adiutans' quod etiam G N habent | 17 ceterorum D N caeterarum U aliique; uulg. aliarum | 21 aetholorum D N . Catast. l. c. *ὑπὸ αἰπόλων τινῶν*, Schol. Germ. 'a quibusdam pastoribus' quare M. legendum putat h. l. et infra cp. 4 aepolorum. Bursianus autem (Jahrb. für class. Philol. 1866 p. 765) coicit Hyginum in libro graeco inuenisse peruersam scripturum *Αιτωλων* pro *αιπολων* ideoque imprudenter scripsisse Aetolorum pro aepolorum. | licaonem G N | 22 archadiam G N | ibique D ibi G N atque sic uulgo scribunt | 23 licei G N.

narentur, Juppiter memor peccati ereptam Callisto cum filio inter sidera collocauit, eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominauit, de quo posterius dicemus . nonnulli etiam dixerunt, cum Callisto ab Ioue esset compressa, Iunonem indignatam in ursam eam conuertisse; quam Dianae uenanti obuiam factam, ab ea interfectam, et postea cognitam inter sidera collocatam . sed alii dicunt, cum Callisto Iuppiter esset in silua persequutus, Iunonem suspicatam id quod euenit, contendisse, ut eum manifesto diceret deprehendisse. Jouem autem, quo facilius suum peccatum tegeretur, in ursae speciem conuersam reliquisse. Junonem autem in eo loco pro uirgine ursam inuenisse; quam Dianae uenanti, ut eam interficeret, demonstrasse . quod factum ut perspiceretur, Jouem aegre tulisse; effigiem ursae stellis figuratam constituisse.

Hoc signum, ut complures dixere, non occidit . et qui uolunt aliqua de causa esse institutum, negant Tethyn Oceani uxorem id recipere, cum reliqua sidera eo perueniant in occasum, quod Tethys Iunonis sit nutrix, cui Callisto succubuerit ut paelex.

Araethus autem Tegeates historiarum scriptor non Callisto, sed Megisto dicit appellatam, et non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem; praeterea Cetea ipsum Engonasin nominari . reliqua autem superioribus conueniunt . quae res in Nonacri monte Arcadiae gesta demonstratur.

II ARCTUS MINOR. Hanc Aglaosthenes qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse, unam de Iouis nutricibus ex Idacis

D chalisto | 2 arcto filacam | 8 manifesto [e] | 10 spetiem | 15 thethyn | 16 thethys | 17 chalisto | 18 Arietus | thegeates | 19 lichaonis | 21 onachri. — G 2 arctofilacem | 7 siluam | 8 suspicatam om. | 11 nirginem | uenanti om. | 12 monstrasse | 12 perficeretur | 13 contulisse | 14 dixerunt | et om. | 15 alia | thetim | occeani | 17 subcubuerit | 18 tagetes | 19 cetheam filiam. — N 2 arcticum | 4 calysto | 7 iupiter | 14 quamplures | 15 thetin | 17 calysto | 22 archadie | 23 Artus | aglostenes | cinosuram.

1 calisto G N | 3 de etc. cf. cp. 4 | posterius D G N uulg. postea | 4 calisto D G | 7 calisto D G N | silua D U N aliique, uulg. siluam | pers. D persecutus G N | 9 dep̄hendisse D G | 13 egre D G | 14 cf. Hyg. Myth. cp. 177 | dixere D uulg. dixerunt . sciendum est hanc formam perfecti in G nusquam reperiri, in D hoc uno tantúm loco . saepius comparet in cod. Friꝺerg. | et qui D N uulg. qui | 16 thetis G N | 17 succ. eadem uoce utitur uetus poeta ap. Hyg. Myth. l. c. eodem sensu est ap. Catullum et Ouidium | pelex D G N uulg. pellex | 18 uulg. Ariethus, de qua re dixi in Prolegg. In nonnullis Mss. est Aratus . Ἄρατος et Ἄραιθος confunduntur etiam in codd. Apollonii | calisto D G | 19 licaonis G N | Ceteus appellatur Callistus pater ab Apolld. 3, 8, 2 | 20 cethea D G | 22 archadiae D G | Cap. II Ar. Phaen. 26 sqq., Catast. 2; Schol. Germ. u. 24 sqq. | Arctus D G uulg. Arctos | glostenes D G | 24 idcis G N.

nymphis; ab eius quoque nomine in urbe quae Histoe uocatur, a Nicostrato et sodalibus eius constituta, et portum qui ibi est, et agri maiorem partem Cynosuram appellatam . hanc autem inter Curetas fuisse, qui Iouis fuerunt amministri . nonnulli etiam Helicen et Cynosuram nymphas fuisse Iouis nutrices dicunt; et hac re etiam pro beneficio in mundo collocatas, et utrasque Arctos appellatas esse, quas nostri Septemtriones dixerunt. Sed maiorem Arctum complures plaustri similem dixerunt, et *ἅμαξαν* Graeci appellauerunt; cuius haec memoriae prodita est causa . in initio qui sidera peruiderunt et numerum stellarum in unaquaque specie corporis constituerunt, non Arctum, sed Plaustrum nominauerunt, quod ex VII stellis duae quae pares et maxime in uno loco uiderentur, pro bubus haberentur, reliquae autem V figuram plaustri similarent . itaque et quod proximum huic est signum Booten nominari uoluerunt, de quo posterius plura dicemus. Aratus quidem non hac re Booten, nec illud Plaustrum dicit appellari, sed quod Arctus uideatur ut plaustrum circa polum, qui boreus appellatur, uersari, et Bootes agitare eam dicatur . in quo non mediocriter uidetur errare . postea enim, de VII stellis ut Parmeniscus ait, V et XX sunt a quibusdam astrologis constitutae, ut ursae species, non VII stellarum perficeretur . itaque et ille, qui antea plaustrum sequens Bootes appellabatur, Arctophylax est dictus, et isdem tem-

---

D 1 istoe | 2 nycostrato | 7 septentriones | 20 spetics | 22 appellatur. — G 1 quoque om. | 6 etiam om. | 7 Sed complures arctum maiorem | 8 anaxen 9 in om. | 11 nominauerunt . et VII | 15 plura om. | 16 boeten | artus | 17 boreas 18 eam agitare | 20 constitutae et ursae | 21 sequens plaustrum | 22 boetes dictus est. — N 1 nimphis | hystoric | 3 cynosiram | 4 etiam om. | 9 Cui arcti hec | 10 stellarum om. | 12 septem | pariles | 13 bobus | quinque | 16 arctum 17 circum | 19 Postea autem de septem | quinque et viginti | 22 Arctophilax.

---

1 in etc. sic scripsi ex sententia M quae firmatur iis, quae in Catast. et ap. Schol. Germ. l. c. proponuntur; uulgo 'et urbem quae . . . constitutam' nec meliora praebent D G N | histoe G atque ita omnino legendum est, graece enim *Ἱστοί* uocatur; de qua scribendi ratione cf. Neue, Form. I p. 132. uulg. Hestica 4 amm. D uulg. administri, quod etiam G N habent, cf. infra cp. 17 | nonnulli . inter quos est Aratus Phaen. 30 sqq. | 5 esse D G N; scripsi fuisse ex 2 Ul. et Schol. Germ. | 7 septemtriones G uulg. septentriones | arctum D G N uulg. Arcton 8 plaustri D uulg. plaustro | amaxan D N | 11 et non D G N uulg. 'et non Arctum . . . nominauerunt . Ex septem' . emendaui ex sententia M. | 11 quod om. D G N | 12 pares D G uulg. pariles | 13 bubus D G uulg. bobus | simil. D uulg. simulàrent | 14 booten D G N uulg. Bootem | 16 booten N uulg, Bootem | 19 enim D G uulg. autem | uulgo sic distinguunt 'de septem stellis, ut' | 21 stellarum D G N uulg. stellis | 22 Arctofilax D G | hisdem D G N uulg. iisdem.

poribus quibus Homerus fuit, haec Arctos est appellata . de VII trionibus ille enim dicit, hanc utroque nomine et Arctum et Plaustrum appellari; Booten autem nusquam meminit Arctophylaca nominari.

Incidit etiam compluribus erratio, quibus de causis minor Arctos Phoenice appelletur, et illi qui hanc obseruant, uerius et diligentius nauigare dicantur; quare, si haec sit certior quam maior, non omnes hanc obseruent . qui non intellegere uidentur, de qua historia sit profecta ratio, ut Phoenice appelletur. Thales enim Milesius, qui diligenter de his rebus exquisiuit et hanc primus Arctum appellauit, natione fuit Phoenix, ut Herodotus dicit . igitur omnes qui Peloponnesum incolunt, priore utuntur Arcto. Phoenices autem quam a suo inuentore acceperunt, obseruant, et hanc studiosius perspiciendo diligentius nauigare existimantur, et uere eam ab inuentoris genere Phoenicen appellant.

III SERPENS. HIC uasto corpore ostenditur inter duas Arctos collocatus . qui dicitur aurea mala Hesperidum custodisse et ab Hercule interfectus, ab Iunone inter sidera collocatus, quod illius opera Hercules ad eum est profectus . qui hortum Iunonis tueri solitus existimatur . ait enim Pherecydes, Iunonem cum duceret Iuppiter uxorem, Terram uenisse ferentem aurea mala cum ramis . quae Iunonem admiratam, petisse a Terra, ut in suis hortis sereret, qui erant usque ad Atlantem montem . cuius filiae cum

---

2. D 3 arctophylacham | 6 arctus | phoenitie appellatur | 9 foenice | Tales | 11 foenix | herodothus | 13 et obseruant | 18 ercule | 19 iunionis | 20 phoeretides. — G 6 phenice | 7 diligentius et uerius | 9 quali | phenice | 11 phenix | 13 Phenices | 14 estimantur | 15 phenicen. — N 2 enim ille | 3 nominari | 6 arctophenice | 9 appellaretur | 14 diligentius om. | 21 iupiter | inuenisse.

---

1 cf. Hom. Od. 5, 275 | arctos G N arctus D. fortasse promiscue dixit Hyginus arctus et arctos, arctum et arcton | VII tr. D uulg. Septemtrionibus | 2 arctum D G N uulg. Arcton | 3 appellari D G uulg. 'nominari' quod statim etiam in seqq. est | Perperam 'bootes' D G N | arctophilaca G N | 6 arctos G atque idem scribendum uidetur ex N | Catast. 2 Φοινίκη | 7 diligentius i. e. accuratius | quare D G N uulg. et quare | certior, cf. Arat. Phaen. 44, Manil. I, 301 German. u. 45 | 8 int. D N uulg. intelligere | 9 uulg. 'Thales enim qui . . . , ut Herodotus Milesius dicit' idem D G N habent . quod dedi, uoluit Vossius De hist. Gr. | 11 arctum D G N uulg. Arcton | natione etc. Hyginum Herodoti uerba non recte reddidisse supra dixi in Prolegg. cf. Herod. 1, 170 | 12 peloponensum D G. lectiones peruersas cod. N in sequentibus non semper apponam | 16 Cap. III Ar. Phaen. 46 sqq., Catast. cp. 3; Schol. Germ. u. 48 sqq.; Myth. Uat. I, 106 | phereides G N cf. Schol. Ap. Rhod. 3, 1396 | 21 uenisse D G uulg. inuenisse | 22 petisse D G uulg. petiisse | 23 athlantem D G.

saepius de arboribus mala decerperent, Juno dicitur hunc ibi custodem posuisse; hoc etiam signi erit, quod in sideribus supra eum draconem Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat; quare quosuis licet intellegere hinc maxime draconem dici . nonnulli etiam dixerunt hunc draconem a gigantibus Mineruae obiectum esse, cum eos oppugnaret; Mineruam autem arreptum draconem contortum ad sidera iecisse, et ad ipsum axem caeli fixisse . itaque adhuc eum implicato corpore uideri, ut nuper ad sidera perlatum.

IV ARCTOPHYLAX. De hoc fertur ut sit Arcas nomine, Callistus et Iouis filius, quem dicitur Lycaon, cum Iuppiter ad eum in hospitium uenisset, cum alia carne concisum pro epulis apposuisse . studebat enim scire, si deus esset, qui suum hospitium desideraret; quo facto non minore poena est affectus . nam statim Iuppiter, mensa proiecta, domum eius fulmine incendit; ipsum autem in lupi figuram conuertit . at pueri membra collecta et composita in unum dedit cuidam Aetolorum alendum . qui adolescens factus in siluis cum uenaretur, inscius uidit matrem in ursae speciem conuersam; quam interficere cogitans persequutus est in Iouis Lycaei templum, quo ei qui accessisset, mors poena erat Arcadum lege . itaque cum utrumque necesse esset interfici, Iuppiter eorum misertus, ereptos inter sidera collocauit, ut ante diximus . hic autem e facto sequens Ursam perspicitur, et Arctum seruans Arctophylax est appellatus . nonnulli hunc Icarum Erigones

---

D 5 gygantibus | 10 Arctofilax | 12 hospicium | aepulis | 17 aetolorum | 19 speticm. — G 3 ut om. | 4 quare licet | 6 obpugnaret | 10 archas | 14 desiderasset | pena | 16 luppi speciem | 17 etholorum | 20 ad iouis | quo qui | 21 archadum | 24 ycarum. — N 5 draconem om. | 7 ad sidera contortum | 11 Calystonis | iupiter | 17 aetholorum | 21 iupiter | 24 hunc dixerunt icarium Erigiones.

---

1 sepius D G N | 4 quodvis D quosuis scripsi ex coni. M., uulg. 'quare licet' quod etiam G habet | int. D intelligere G N | hinc D U hunc G N atque sic uulgo scribunt | 8 adhuc eum D G N uulg. eum adhuc | 8 inpl. G N Cap. IV Ar. Phaen. 91; Catast. 8; Schol. Germ. u. 89 sqq. | 10 De etc. simile est dicendi genus infra cp. 10. Uopiscus Florian cp. 3 'De quo dictum est ut Probus diceretur.' Catast. l. c. *Περὶ τούτου λέγεται ὅτι Ἀρκάς ἐστιν* | 11 calistus D G | 12 hospicium D N | 17 Sch. coni. aepolorum, cf. supra cp. 1 | 19 pers. D persecutus G N | 20 licei D G N | quo et qui D N atque sic uulgo scribunt . quod dedi, iam Modius uoluit l. c. p. 46 | 24 arctophilax G N | nonnulli etc. cf. Hyg. Myth. cp. 130 | uulg. Icarium h. l. et in sqq. sciendum est in D aliisque constanter scribi icarus, icarum etc. atque ita Hyginus in hac narratione ex more poetarum latinorum, ut Tibulli et Ouidii, scripsisse uidetur | erigonis D G.

patrem dixerunt, cui propter iustitiam et pietatem existimatur Liber pater uinum et uitem et uuam tradidisse, ut ostenderet hominibus, quomodo sereretur, et quid ex eo nasceretur; et cum esset natum, quomodo id uti oporteret . qui cum seuisset uitem, et diligentissime administrando floridam falce fecisset, dicitur hircus in uineam se coniecisse, et quae ibi tenerrima folia uideret, decerpsisse . quo facto Icarum irato animo tulisse eumque interfecisse, et ex pelle eius utrem fecisse, ac uento plenum praeligasse, et in medium proiecisse suosque sodales circum eum saltare coegisse . itaque Eratosthenes ait:

Ἰκαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

alii dicunt Icarum, cum a Libero patre uinum accepisset, statim utres plenos in plaustrum inposuisse; hac re etiam Booten appellatum . qui cum perambulans Atticorum fines, pastoribus ostenderet, nonnulli eorum auiditate pleni, nouo genere potionis inducti, somno consopiuntur, atque alius aliam se in partem reiciunt . ut semimortua membra iactantes, alia ac decebat loquebantur, reliqui eorum arbitrati uenenum ab Icaro datum pastoribus, ut eorum pecora abigeret in suos fines, Icarum interfectum in puteum deiecerunt, sed ut alii demonstrant secundum arborem quandam defoderunt . qui autem obdormierant, experrecti cum se numquam melius quiesse

---

D 3 et esset notum | 5 hyrcus | 6 decerpisse | 9 suasque | 10 eratostenes | 15 pocionis. — G 2 'et quid . . nasceretur' om. | 10 'itaque . . . ὠρχήσαντο' om. | 12 ycarum | 13 posuisse | 16 sopiuntur | 17 Reliqui horum. — N 3 sereretur om. | 4 id om. | 7 icarium animo irato | 9 circa | 10 heratostenes | 11 Graeca om. | 13 bootem | 15 genere nouo potus | 16 reiiciunt.

---

1 iusticiam G N | 3 natum in D corr. in 'notum' | 4 id D aliique, uulg. 'eo' quod etiam G praebet . plurimis locis utor in hoc libro construitur cum ablatiuo, sed uide supra I, 8. Sch. aliique sic scribunt 'natum id quomodo uti oporteret' | 5 facile D G N | administrare uitem falce bene dictum est pro putare . melius tamen sic poneretur: adm. falce floridam | 10 fortasse ante hunc uersum olim legebantur haec: *ἔνθα ἑταῖροι* . est autem uersus ex carmine didactico quod inscriptum erat *Ἑρμῆς* . eandem narrationem Eratosthenes proposuerat in carmine elegiaco quod inscriptum erat *Ἠριγόνη* | *ποδί* uelle uidetur D | perperam olim legebatur *στρατόν* quod etiam D uelle uidetur | *ποσὶν ὀρχεῖσθαι* abundanter est dictum ut *ποσὶ βῆναι, πηδᾶν* alia | 13 inp. D uulg. imp. | booten D G uulg. Bootem | 14 ostendisset, 3 Ul. | 16 atque alius D G N uulg. 'atque ut alius.' M. legendum putat 'atque ut alius . . . reiiciunt, et (uel et ut)' . mihi haec in mentem uenerant 'atque alius . . . reiciunt . qui ut' | reiciunt D G uulg. reiiciunt | 18 icaro D G N uulg. Icario | 19 icarum D G N uulg. Icarium | 21 quiescere D G N.

faterentur, ac requirerent Icarum, ut pro beneficio munerarentur, interfectores eius animi conscientia permoti, statim se fugae mandauerunt et in insulam Ceorum peruenerant; a quibus ut hospites recepti, domicilia sibi constituerunt . at Erigone Icari filia, permota desiderio parentis, cum eum non redire uideret ac persequi conaretur, canis Icari, cui Macra fuit nomen, ululans ut uideretur obitum domini lacrimare, rediit ad Erigonen . cui non minimam cogitatae mortis suspitionem ostendit; neque enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset . at canis uestem eius tenens dentibus, perducit ad cadauer . quod filia simul ut uidit, desperata spe, solitudine ac pauperie oppressa, multis miserata lacrimis in eadem arbore, sub qua parens sepultus uidebatur, suspendio sibi mortem consciuit; cui canis mortuae spiritu suo parentauit . nonnulli enim hunc in puteum se deiecisse dixerunt, Anigrum nomine; quare postea neminem ex eo puteo bibisse memoriae tradiderunt . quorum casum Iuppiter miseratus, in astris corpora eorum deformauit. itaque complures Icarum Booten, Erigonen Uirginem nominauerunt, de qua posterius dicemus; canem autem sua appellatione et specie Caniculam dixerunt . quae a Graecis, quod ante maiorem Canem exoritur, Procyon appellatur . alii hos a Libero patre figuratos inter sidera dicunt.

Interim cum in finibus Atheniensium multae uirgines sine

D 2 fuge | 3 eolorum | ospites | 8 cogitare | 14 hunc om. | 16 memoria | 19 spetie. — G 1 ycarum | muneraretur | 3 etholorum | 4 ycari | 6 ycari | 7 mortem domini lacrimari | 10 perduxit | 11 simul ac | 14 in puteum hunc | 16 neminem postea | 18 ycarum. — N 3 insulam et holorum | 6 fuit uel erat | 14 Nonnulli eum in | 16 memorie | 18 quam plures | 19 postea.

1 icarum D N uulg. Icarium | munerarentur D N uulg. muneraretur | 3 uulg. Aetolorum . emendaui ex sententia Salmasii h. l. et in sqq. | 4 icari D N | 6 icari D N | mera D G N | fuit G uulg. fuerat | 7 lacrimare D N uulg. lachrimari . erigonem G N . quod in D corr. in erigonen | 8 suspit. G uulg. suspicionem | 10 perd. D N uulg. perduxit | 11 simul ut D uulg. simul ac | desp-spe . ita loquitur etiam Lactant. arg. Ouid. 2, 1 | 12 uulg. lachrimis | in etc. paulo antea legimus: secundum arborem quandam defoderunt | sub om. D G N | 14 enim . fortasse legendum est autem . enim et autem confunduntur in Mss. supra cp. 2 | 15 anhigrum D G N uulg. Anygrum; scripsi Anigrum ex Gr. Ἄνιγρος . Anigrus fluuius a multis commemoratur; putei autem, cui hoc nomen datum esset, alii non meminerunt . alii uolunt Anydrum | 16 quorum iuppiter misertus G. sic supra cp. 4 Iuppiter eorum misertus | 18 icarum D N uulg. Icarium | bootem erigonem D G N. aliis tamen locis D G habent booten, erigonen | 19 qua D G N uulg. quo | posterius, cf. infra cp. 25 | 21 procyon D prochion G N uulg. *Προκύων*.

causa suspendio sibi mortem consciscerent, quod Erigone morien. fuerat precata, ut eodem leto filiae Atheniensium adficerentur, quo ipsa foret obitura, nisi Icari mortem persecuti et eum forent ulti: itaque cum id euenisset, ut ante diximus, petentibus eis Apollo dedit responsum, si uellent euentu liberari, satisfacerent Erigonae. qui quod ea se suspenderat, instituerunt, uti tabula interposita pendentes funibus se iactarent, ut qui pendens uento mouetur. quod sacrificium sollemne instituerunt. itaque et priuatim et publice faciunt, et id aletidos appellant, quod eam patrem persequentem cum cane, ut ignotam et solitariam oportebat, mendicam appellabant, quas Graeci ἀλήτιδας nominant.

Praeterea Canicula exoriens aestu Ceorum loca et agros fructibus orbabat et ipsos morbo adfectos poenas Icaro cum dolore sufferre cogebat, quod latrones recepissent. quorum rex Aristaeus Apollinis et Cyrenes filius, Actaeonis pater, petiit a parente, quo facto calamitate ciuitatem posset liberare. quem deus iubet multis hostiis expiare Icari mortem, et ab Ioue petere, ut, quo tempore Canicula exoriretur, dies XL uentum daret, qui aestum Caniculae mederetur. quod iussum Aristaeus confecit et ab Ioue impetrauit ut etesiae flarent. quas nonnulli etesias dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur (ἔτος enim graece annus est latine); non-

---

D 8 quo | 9 ea patrem persequente | 11 aletidas | 15 cyrenis | 20 et besiae. — G 2 erat | 3 ycari | 7 moueretur | 8 sollempne | 9 abletidas | 10 cane et ignotam | 11 adletidas | 12 aestu om. | 13 penas | ycaro | 14 eo quod | 16 a calamitate | 17 ycari | 19 inpetrauit | 20 ethesiae | ethesias appellant. — N 5 erigonae satisfacerent | 8 sacrificium om. | solemne | 9 aleodas | 10 opportebat | 11 alendas | 15 cirenes | 16 pacto | 20 ethesie | hethesias.

---

2 fuerat D uulg. erat | p̄cata D G | adf. D aff. G N | 3 icari D N uulg. Icarii | 5 liberare se, 1 Voss. idem habet D, sed librarius corr. liberare in 'liberari' | 7 pendentes scripsi ex coni. Sch. pro 'pendente' quod etiam D G N habent | se iactarent in D corr. in 'sectarent' quod imprudenter est factum | 8 soll. D uulg. solenne | 9 uulg. Aletidas. emendaui ex sententia M. In D aletidos corr. in 'aletidas' quod librarius imprudenter fecit, deceptus iis quae sequuntur. de festo quod commemorat Hyginus cf. Hesychius u. ἀλῆτις et αἰώρα | 12 cf. Schol. Ap. Rhod 2, 498 | Ceorum scripsi h. l. ut paulo antea; uulg. 'corum' quod etiam D G N habent | 13 adf. D. aff. G N | icaro D N uulg. Icario | 14 quod D N uulg. eo quod | aristeus D G N | 15 acteonis D G N | petiit D petit G N atque sic uulgo scribunt | 16 calam. D N uulg. a calam. | 17 icari D N uulg. Icarii | 18 diebus, 1 cod. M. | XL D G N uulg. quadraginta | aestum D estum G N uulg. aestui. mederi cum accusatiuo coniungitur a Ter. Phorm. 5, 4; Gell. N. A. 1, 9 aliisque | 19 aristeus D G N | 21 ἐνιαυτός U; heniauctos D N, Heni auctos G. sed ex hoc uerbo etesiarum nomen non potest deriuari | grece D G.

ulli etiam aetesias appellauerunt, quod expostulatae sunt ab Ioue et ita concessae . sed de hoc in medio relinquetur, ne nos omnia praeripuisse existimemur.

Sed ut ad propositum reuertamur, Hermippus qui de sideribus scripsit, ait Cererem cum Iasione Thusci filio concubuisse, quamobrem fulmine percussum conplures cum Homero dixerunt . ex his, ut Petellides Gnosius historiarum scriptor demonstrat, nascuntur filii duo, Philomelus et Plutus; quos negant inter se conuenisse . nam Plutum, qui ditior fuerit, nihil fratri suo de bonis concessisse; Philomelum autem necessario adductum, quodcumque habuerit ex eo boues duos emisse, et ipsum primum plaustrum fabricatum esse . itaque arando et colendo agros ex eo se aluisse; cuius matrem inuenta miratam, ut arantem eum inter sidera constituisse et Booten appellasse . ex hoc autem Parianta demonstrant natum, qui de suo nomine Parios et oppidum Parion appellauit.

V CORONA . HAEC existimatur Ariadnes fuisse a Libero patre inter sidera collocata. dicitur enim in insula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hanc primum coronam muneri accepisse a Uenere

---

D 1 ethesias | 7 petellidas. — G 1 etiam et hestas | 2 de om. | 3 uideamur | 7 petellidas | nascuntur om. | 9 nich | 13 contulisse | 14 bootẽ | 15 semine | 16 appellant | 17 hec | adriagnes | 18 diadi | adriagnes | 19 primum om. | uenere e thoris. — N 1 aethesias | 7 hys | pethellides | 9 diuicior | nichil | 13 miratam Inuenta | 14 nominasse | 15 opidum | 17 adriadnes | 18 chia | adriadne | 19 coronam om.

1 Actesias recte h. l. scripsit St. pro etesias . nonnulli enim, ut Hyginus demonstrat, hoc nomen deriuarunt *ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν* | 2 iuppitre U h. l. et alibi . hanc formam in meis codicibus nusquam inueni | sed etc. D N uulg. Sed hoc in medio relinquamus | 5 iasone D G N . perperam nonnulli ita scripserunt h. l. et infra cp. 22 | Thusci est lectio corrupta . in D G est letis, in N loetis; in aliis Mss. legimus oetae, tetis, laetus, lecti . pro 'lecti' quod unus ex Voss. habet, uidetur legendum Electrae . sed fortasse etiam nomen patris excidit, cf. Seru. Aen. 3, 167; Hyg. Myth. cp. 250. Micyllus scripsit h. l. Electrae et Corythi | 6 conpl. D G compl. N | Hom. Od. 5, 128 | 7 et ex, D N | 12 uerba 'ex eo' fortasse ex iis quae antecedunt huc immissa sunt | 13 inuenta mir. G uulg. inuentum mir. cf. infra cp. 13. perperam in nonnullis codd. scribitur inuentam iratam . idem habet D, sed 'iratam' deletum est | 14 booten D N uulg. Bootem | pareanta D G N atque sic omnes scribunt . puto legendum Parianta ex Gr. *Παρίας* | 15 paron D G N quod omnes retinent . scripsi ex Gr. *Πάριον* | 16 Post 'appellauit' in D adduntur haec 'a libero patre inter sidera collocata' . sed haec ex sqq. perperam huc immissa sunt | 17 Cap. V Ar. Phaen. 71 sqq., Catast. 5, Schol. Germ. 70 sqq. | 18 Dia cf. Hyg. Myth. cp. 43; Schol. Ap. Rhod. 4, 425 | 19 munere G N pro munere, 1 cod. M. | venere thoris D N.

et Horis, cum omnes dei in eius nuptiis dona conferrent . sed ut ait qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa uenit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit; qua delectata, non recusauit condicionem . dicitur etiam a Uulcano facta ex auro et indicis gemmis, per quas Theseus existimatur de tenebris labyrinthi ad lucem uenisse; quod aurum et gemmae in obscuro fulgorem luminis efficiebant.

Qui autem Argolica conscripserunt, hanc afferunt causam . quod Liber cum impetrasset a parente, ut Semelam matrem ab inferis reduceret, et quaerens ad eos descensionem, ad Argiuorum fines peruenisset, obuiam ei quendam factum nomine Hypolipnum, hominem dignum huius saeculi, qui petenti Libero descensionem monstraret . hunc autem cum uidisset Hypolipnus puerum aetate miranda corporis pulchritudine reliquis praestantem, mercedem petisse ab eo, quae sine detrimento eius daretur. Liberum autem matris cupidum, si eam reduxisset, iurasse quod uellet se facturum; ita tamen, quod deus homini non pudenti iuraret . quo Hypolipnus descensum monstrauit . igitur cum Liber ad eum locum uenisset et uellet descendere, coronam quam a Uenere muneri acceperat, deposuit in eo loco, qui *Στέφανος* est a facto appellatus; noluit enim secum ferre, ne inmortale donum mortuorum

---

D 4 recussavit | Dicitur enim | 6 laberent hi | 7 efficiebat | 17 hypolimnus. — G 3 adriagnem | munere | 6 laborinthi | 7 luminis fulgorem | 9 inpetrasset | 12 hominem om. | hoc seculo | 17 impudenti, pro quo | 18 demonstrauit | 19 muneri om. | 20 disposuit | stephanos. — N 4 dicitur autem | 8 autem om. | scripserunt | 11 obuium | ypolimnum | 17 ypolimnus | 19 uenisset uelletque.

---

1 dei D dii G N deinceps dii, 2 Voss. | 4 conditionem D uulg. ‘conditionem stupri’ quod etiam G N habent. Ter. Andr. 1, 1. 52 accepit conditionem, dein quaestum occipit’ . aliquando mihi in mentem uenerat ‘concubitionem’ qua uoce utitur Hyginus infra cp. 12 | 5 per om. D N | 6 laborinthi G N | 9 semelam D G N uulg. Semelem | 10 querens D N | 11 Hyp. lectio corrupta est; in D polyppum mutatum est in hypolypnum . in aliis libris est ipolipnum, hyppolippum, hypolimnum, ipolymnum . item apud alios scriptores hoc nomen uarie scribitur . *Πολύυμνος* est Tzetzae ad Lyc., *Πόλυμνος* Pausan. 2, 37, 5; a Clemente Alex. (admon. ad gentes p. 22 Sylb.) Arnobio adu. nationes 5, 28 aliisque Prosymnos uocatur | 12 Sch. coni. indignum. Arnobius l. c. ignominiosus amator dei atque in nefarias libidines satis pronus | huius D N U aliique uulg. eius . ceterum est notus hellenismus | 13 Hypol. om. h. l. D G N | 14 mercedem etc. simile quid est ap. Hyg. Myth. cp. 187 da mihi id, quod pueri solent dare’ | 17 ita, Sch. coni. ira, M. irate | quo D N uulg. pro quo | 19 coronam in D mutatum est in corona | 20 stephanus D N | a D G uulg. e.

tactu coinquinaretur . qui cum matrem incolumem reduxisset, coronam dicitur inter astra collocasse, ut aeterna memoria nominis afficeretur.

Alii dicunt hanc coronam Thesei esse, et hac re propter eum collocatam . nam qui in astris dicitur Engonasin, is Theseus esse existimatur, de quo posterius plura dicemus . dicitur enim, cum Theseus Cretam ad Minoa cum VII uirginibus et sex pueris uenisset, Minoa de uirginibus Eriboeam quandam nomine, candore corporis inductum, comprimere uoluisse . quod Theseus se passurum negauit, ut qui Neptuni filius esset et ualeret contra tyrannum pro uirginis incolumitate disceptare; itaque cum iam non de puella, sed de genere Thesei controuersia facta esset, utrum is Neptuni filius esset necne, dicitur Minos anulum aureum de digito sibi detraxisse et in mare proiecisse . quem referre iubet Thesea, si uellet se credi Neptuni filium esse; se enim ex Ioue procreatum facile posse declarare . itaque comprecatus patrem petiit aliquid signi, ut satisfaceret se ex eo natum; statimque tonitrum et fulgorem caeli indicium significationis fecisse . simili de causa Theseus, sine ulla precatione aut religione parentis, in mare se proiecit . quem confestim delphinum magna multitudo mari prouoluta, lenissimis fluctibus ad Nereidas perduxit; a quibus anulum Minois, et a Thetide coronam, quam nuptiis a Uenere muneri acceperat, retulit, compluribus lucentem gemmis . alii autem a

---

D 1 quoinquinaretur | incolomem | 2 collocasset | 5 dicitur in astris | 10 esset non ualeret | 12 uerum is | 17 statim | 20 delfinum | 22 munere. — G 4 prope | 5 engonasim | 6 creditur | plura om. | 7 et VI | 8 ariboeam | 9 passurum se negaret | 10 filius esse ualeret | 11 de uirginis | decertaret | 12 esset facta controuersia | 18 inditium. — N 2 in | 7 et VII | 9 teseus | 10 negarat | esse non ualeret | tirannum | 11 decertare | 12 tesei | 16 petit | 19 precacione | 22 coronam om.

---

3 efficeretur G N | 6 dicitur etc. similis est constructio supra cp. 4 et aliis locis | 7 VII D G N uulg. septem | 8 eriboeam D N heriboeam O periboeam 1 Voss. *Ἐρίβοια* et *Περίβοια* etiam in libris graecis confunduntur . Seruio Aen. 6, 21 est Phereboea (leg. Periboea) | 9 compr. in D mutatum est in 'opprimere' quod etiam O habet | 'quod . . . negauit' D uulg. quod cum Theseus . . negaret | 10 ualere h. l. cum infinitiuo coniungitur; idem fit apud Ouidium, Plinium aliosque | 11 incolomitate D G N | disceptare D uulg. decertare | 14 thesea D G N uulg. Theseum | 15 credi se G N | 16 perperam 'cum praecatus' D G N | 17 tonitrum et fulg. D G N uulg. tonitru et fulgure | 19 praecatione D G | 22 Thetide, cf. Hyg. Myth. cp. 54; Neue, Form. I, 232 | muneri G munere D N, iidem tamen aliis locis habent muneri | 23 retulit D G N rettulit U.

Neptuni uxore accepisse dicunt coronam, quam Ariadnae Theseus dono dicitur dedisse, cum ei propter uirtutem et animi magnitudinem uxor esset concessa; hanc autem post Ariadnes mortem Liberum inter sidera collocasse.

VI ENGONASIN. Hunc Eratosthenes Herculem dicit, supra draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clauam tenentem . conatur interficere draconem Hesperidum custodem, qui numquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos adpositus esse demonstratur . de quo etiam Panyasis in Heraclea dicit . horum igitur pugnam Iuppiter admiratus, inter astra constituit . habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, sinistro pede capitis eius dextram partem obprimere conatur; dextra manu sublata ut feriens, sinistra proiecta cum pelle leonis, ut cum maxime dimicans apparet . etsi quis sit hic negat Aratus quemquam posse demonstrare, tamen conabimur demonstrare, ut aliquid uerisimile dicamus.

Araethus autem, ut ante diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megistus patrem, dicit; qui uidetur, ut lamentans filiam in ursae figuram conuersam, genu nixus palmas diuersas tendere ad caelum, ut eam sibi dii restituant. Hegesianax autem Thesea dixit esse, qui Troezene saxum extollere uidetur, quod existimatur Aegeus

---

D 1 ariadne | 3 ariadnis | 5 erat hostenes | 6 contra draconem | 8 cona^re^tur | 10 aetiam | 12 capud | 18 Arietus | 19 megesthus | 20 nixam | 21 dii om. — G 1 adriagne | 3 adriagnes | 4 colocasse | 6 erastostenes | 10 'quo . . . demonstratur' om. | 12 locauit | 16 et si sit qui negat hoc quemquam ut aratus demonstrare posse | 18 cetheum | 19 megistos | 20 celum | 22 uidetur extollere 22 egeus. — N 1 ariachne teseus | 3 post om. | 5 heratostenes | 7 pellem leoni sinistra manu | claucm | 8 custodem om. | 10 adpositus om. | 11 Juppiter om. 16 quicquam posse demonstrari | 19 megestus | 20 conuersam om.

---

1 Neptuni ux. i. e. Amphitrite | dicunt etc. sic scripsi ex G; uulg. 'dicunt. Coronam Ariadnae' quam lectionem etiam D N praebent | Cap. VI Ar. Phaen. 64 sqq., Catast. 4; Schol. Germ. u. 66 sqq. | 8 qua conaretur, 2 Voss. | 10 De quo D de hoc G N atque sic uulgo scribunt | paniastis D G N | 11 eraclea D N | 13 obpr. D oppr. G N | 14 prolata D N | 15 cum maxime D G N uulg. quam maxime | apparet D G N uulg. appareat . alii legunt appareret. sed illud 'ut' quod antecedit, accipiendum uidetur pro 'quasi' | etsi etc. sic scripsi ex D uulg. etsi sit, qui negat hoc quemquam ut Aratus posse demonstrare | 16 Arat. Phaen. 64 | conabimur demonstrare D G uulg. conabimur | 18 Araethus scripsi h. l. ut supra cp. 1 pro 'Ariethus' quod etiam G N habent | licaonis G N | 20 German. u. 67 diuersaque tendens brachia | 21 Hegesienax D G.

sub eo ellopium ensem posuisse, et Aethrae Thesei matri praedixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam sua uirtute lapide sublato, potuisset gladium patri referre . itaque niti uidetur, ut quam altissime possit, lapidem extollat . hac etiam de causa nonnulli lyram, quae proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt, quod ut eruditus omni genere artium, lyram quoque didicisse uidebatur . idque et Anacreon dicit:

ἀγχοῦ δ' Αἰγείδεω Θησέος ἐστὶ λύρη.

alii autem Thamyrim a Musis excaecatum, ut supplicem ad genua iacentem dicunt; alii Orphea a Thraciis mulieribus interfici, quod uiderit Liberi patris initia. Aeschylus autem in fabula, quae inscribitur *Προμηθεὺς λυόμενος,* Herculem ait esse, non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem . dicit enim, quo tempore Hercules ab Geryone boues abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines; quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse et complures eorum sagittis confixisse . sed postquam Herculi tela defecerint, multitudine barbarorum et inopia armorum defessum, se ingeniculasse, multis iam uulneribus acceptis. Iouem autem misertum filii, curasse, ut circa eum magna lapidum copia esset; quibus se Herculem defendisse et hostes fugasse . itaque Iouem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse . hunc etiam nonnulli Ixiona brachiis uinctis esse dixerunt, quod uim Iunoni uoluerit adferre; alii Promethea in monte Caucaso uinctum.

VII LYRA inter sidera constituta est hac, ut Eratosthenes ait, de causa, quod initio a Mercurio facta de testudine, Orpheo

D 1 allopium | etre | 4 aetiam | 6 eruditos | 10 trachiis | 12 prometheos. — G 1 aetrae | 5 est signo | 9 iacentem ad genua | 12 dicit | 14 a | 17 armorum om. | 18 multis acceptis uulneribus | 19 magna multitudo esset lapidum | hercules defendisset | 20 fugasset | 22 uoluit | 24 sydera. — N 1 hellopium ense | aetro | 4 posset | 5 liram | 8 Graeca om. | 12 hiomenos | 16 eorum om. | fixisse | 20 defendisse om.

1 ellopium est lectio corrupta. Micyllus coni. Pelopium, Heinsius Cecropium. fortasse legendum est ellopum ex Gr. ἔλλοπος | 3 ut om. D G N | 4 lapidem om. N | 5 lyram om. D G | 6 in nonnullis codd. est 'lyra' quod praefert Modius, commemorans uerba Ciceronis 'discebant enim fidibus | 8 δ' Αἰγείδεω uulg. δαὶ τεῦ . emendaui ex sententia Th. Bergkii (Poetae Lyrici Graeci, Lipsiae 1843 p. 687), quae firmatur iis quae in D G proponuntur. ΔΑΙΤΕΙΔΗΩ D, DAITEIDEΩ G | 9 thamyrim D thamirim G N uulg. Thamyrin | 12 prometheus G N | hyomenos D G | 14 ab D N uulg. a | adduxerit D N | 15 quam plures N | 16 herculi D herculem G N atque sic uulgo scribunt | defecerint D G N defecerunt 1 Voss. uulg. deficerent | 22 adf. D. afferre G N | 24 sidera D uulg. astra.

est tradita, qui Calliopes et Oeagri filius, eius rei maxime studiosus fuit . itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum adlicuisse . qui querens uxoris Eurydices mortem, ad inferos descendisse existimatur, et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, praeter Liberum patrem; hunc enim obliuione ductus praetermisit, ut Oeneus in sacrificio Dianam . postea igitur Orpheus, ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam diuidit a Thracia, sed ut Eratosthenes ait, in Pangaeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur ei Liber obiecisse Bacchas, quae corpus eius discerperent interfecti . sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; Musas autem collecta membra sepulturae mandasse, et lyram quo maxime potuerunt beneficio, illius memoriae causa figuratam stellis inter sidera constituisse Apollinis et Iouis uoluntate . quorum Orpheus Apollinem maxime laudarat, Iuppiter autem filiae beneficium concessit . alii autem dicunt Mercurium, cum primum lyram fecisset in Cyllene monte Arcadiae, septem chordas instituisse ex Atlantidum numero, quod Maia una ex illarum numero esset, quae Mercurii est mater . deinde postea cum Apollinis boues abegisset, deprehensus ab eo, quo sibi facilius ignosceret, petenti Apollini, ut liceret dicere se inuenisse lyram, concessit, et ab eo uirgulam quandam muneri accepit . quam manu tenens Mercurius, cum proficisceretur in Arcadiam et uidisset duos dracones inter se coniuncto corpore alium alium appetere, ut qui dimicare inter se uiderentur, uirgulam inter utrumque subiecit; itaque discesserunt . quo facto, eam uirgulam pacis causa dixit esse constitutam . nonnulli etiam cum faciunt

---

D 19 appollinis | 20 ut diceret se | 21 munere | 24 in utrumque | 26 cum caduceo duo. — G 9 bachas | 12 tradidisse | 13 posuisse | 14 uoluntate iouis | 15 filio | 17 VII | 18 mater est | 19 postea om. | eo esse | 20 facilius sibi ignosceretur | 23 inter se implicatos | alium alii. — N 3 descendisse ad inferos | 7 diuidit et trachiam | 8 pancaeo | 10 decerperent | 15 iupiter | autem om. | 26 cum caduceo.

---

1 'fuit' addidi ex 1 Voss., filius ei rei maxime studuit, 1 Mor. | 3 adl. D allicuisse G N | 6 oeneus pater tidei (leg. Tydei) N. recte quidem, sed in aliis libris haec non leguntur | 8 panceo D G ceterum lectiones codicum corruptas, quae nihil ad rem pertinent, in sqq. non semper adnotabo | 9 ei liber D G N uulg. Liber ei | baccas D N | 10 inicia D N | 12 potuerunt D uulg. potuerant, quod etiam G N habent | 14 quorum D G N uulg. quod | laudarat scripsi ex N uulg. laudaret, quod etiamD G habent | 15 filiae D N uulg. filio. Sch. coni. filiae filio | 17 archadiae D G | cordas D N | 19 depraehensus G N | 20 dicere liceret G N | 22 quam etc. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 75 | 22 archadiam D G N | 23 inter se implicitos, 1 Mor.

caduceos, duos dracones implicatos uirgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis . eius exemplo et athleticis et in reliquis eiusmodi certationibus uirgula utuntur . sed ut ad propositum reuertamur, Apollo lyra accepta dicitur Orphea docuisse, et postquam ipse citharam inuenerit, illi lyram concessisse . nonnulli etiam dixerunt Uenerem cum Proserpina ad iudicium Iouis uenisse, cui earum Adonim concederet . quibus Calliopen ab Ioue datam iudicem, quae Musa Orphei est mater; itaque iudicasse', uti dimidiam partem anni earum unaquaeque possideret . Uenerem autem indignatam, quod non sibi proprium concessisset, obiecisse omnibus quae in Thracia essent mulieribus, ut Orphea amore inductae ita sibi quaeque appeterent, ut membra eius discerperent . cuius caput in mare de monte perlatum, fluctibus in insulam Lesbum est reiectum; quod ab his sublatum et sepulturae est mandatum . pro quo beneficio ad musicam artem ingeniosissimi existimantur esse . Lyra autem a Musis, ut ante diximus, inter astra constituta est . nonnulli aiunt, quod Orpheus primus puerilem amorem induxerit, mulieribus uisum contumeliam fecisse; hac re ab his interfectum.

VIII OLOR. Hunc Graeci cygnum appellant; quem conplures, propter ignotam illis historiam, communi genere auium *ὄρνιν* appellauerunt . de quo haec memoriae prodita est causa. Iuppiter cum amore inductus', Nemesin diligere coepisset neque ab ea ut secum concumberet impetrare potuisset, hac cogitatione amore est liberatus . iubet enim Uenerem aquilae simulatam se sequi; ipse

D 1 inicium | 2 adletis | 6 Uenerem om. | uenisset | 7 dearum | 12 queque | 19 cingnum greci | 20 ornin. — G 2 fuerat mercurio | athletis | 4 accepta lyra | 11 orphei | 17 amorem puerilem | 18 uisum est | 19 greci cignum | 23 inpetrare | 24 simulatam seseque ipse in olorem conuertit et ut. — N 2 athletae | 3 ut om. | 16 in astra | 17 est om. | 18 hiis | 19 cignum greci | 21 Iupiter | 23 cubaret.

1 impl. D G N implicitos, 1 Mor. | quod id, 2 Ul., quod probandum uidetur | 2 eius etc. cf. Seru. Aen. 4, 242 | uulg. athletae . quod dedi, uoluit M | 3 'ut' deletum est in D | 7 adonim D G N uulg. Adonin | 12 app. D G N. olim legebatur appeteret., M. praeter alia apposuit uerba Uerg. Aen. 6, 743 quisque suos patimur Manis | 13 lesbum D G N uulg. Lesbon | 14 reuectum, 1 Voss. | ab his i. e. a Lesbiis | 18 fecisse etc. D G N uulg. fecisse illis ab hac re interfectum | 19 Cap. VIII cf. Ar. Phaen. 271; Catast. 25 | cygnum, uulg. *κύκνον* . sciendum est in D aliis locis semper scribi cycnus, non cygnus | conpl. D G uulg. compl. | 20 ornim G N. *ὄρνις* est Arato l. c., Uitruuius 9, 6 eum uolucrem appellat | 24 'simulatam . . ipse' scripsi ex libris antiquioribus; idem uelle uidentur D N, in quibus temere scriptum est 'seseque' pro 'se sequi' uulgo scribunt: se sequi seseque ipse in olorem conuertit et ut.

in olorem conuersus ut aquilam fugiens ad Nemesin confugit et in eius gremio se collocauit . quem Nemesis non aspernata, amplexum tenens somno est consopita; quam dormientem Iuppiter compressit . ipse autem auolauit, et quod ab hominibus alte uolans caelo uidebatur, inter sidera dictus est esse constitutus . quod ne falsum diceretur, Iuppiter e facto eum uolantem et aquilam consequentem locauit in mundo. Nemesis autem, ut quae auium generi esset iuncta, mensibus actis, ouum procreauit . quod Mercurius auferens detulit Spartam et Ledae sedenti in gremium proiecit; ex quo nascitur Helena, ceteras specie corporis praestans, quam Leda suam filiam nominauit . alii autem cum Leda Iouem concubuisse in olorem conuersum dixerunt; de quo in medio relinquemus.

IX CEPHEUS. Hunc Euripides cum ceteris Phoenicis filium, Aethiopum regem, esse demonstrauit, Andromedae patrem, quam ceto propositam notissimae historiae dixerunt. hanc autem Perseum a periculo liberatam uxorem duxisse . itaque ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cephea inter sidera superiores numerasse.

X CASSIEPIA. De hac Euripides et Sophocles et alii complures dixerunt, ut gloriata sit se forma Nereidas praestare . pro quo facto inter sidera sedens in siliquastro constituta est . quae propter impietatem, uertente se mundo, resupinato capite ferri uidetur.

XI ANDROMEDA. Haec dicitur Mineruae beneficio inter sidera collocata, propter Persei uirtutem, quod eam ceto propositam periculo liberarat . nec enim ab ea minorem animi beneuo-

D 10 spetie | 16 coeto | 26 coeto. — G 4 auolauit autem ipse | 5 constitutus esse | 6 falsum uide | 7 sequentem | 11 ledam filiam suam | 20 Casiopeia | 26 astra. — N 1 fugit | 26 perse.

1 conuersus ut aquilam fugiens D N | 2 Nem. cf. Hyg. Myth. cp. 77 | 4 'alte' in D corr. in apte | 6 olim legebatur 'uideretur' idem noluisse uidetur G | 7 consequentem D N uulg. sequentem | collocauit G N quod in D corr. in locauit | 8 mens. actis . sic Phaedrus 1, 19 | 10 specie corp. D G N uulg. corp. specie | 14 secundum Euripidem ap. Apolld. 2, 1, 4 Cepheus, pater Andromedae et rex Aethiopum, Beli filius fuit . idem Herodotus aliique tradunt | 16 in D suprascr. nouissimae | 20 Cassiepia scripsi ex D N h. l. et alibi; uulg. Cassiopeia | Soph. in Andromeda, cf. Catast. 16 et 36 | 21 dix. ut, cf. supra cp. 4 | 22 siliq. Uarro L. L. 4, 6; Festus s. u., *δίφρον* appellat auctor Catast. *κάθεδραν* Theo ad Aratum | 26 sidera D N uulg. astra | 27 per. D G N uulg. a periculo, cf. supra cp. 8 | 'enim' Sch. delendum putat; M. coni. etiam | beniuolentiam D N.

lentiam pro beneficio accepit . nam neque pater Cepheus, neque Cassiepia mater ab ea potuerunt impetrare, quin parentes ac patriam relinquens Persea sequeretur . sed de hac Euripides hoc eodem nomine fabulam commodissime scribit.

XII PERSEUS. Hic nobilitatis causa et quod inusitato genere concubitionis esset natus, ad sidera dicitur peruenisse . qui missus a Polydecte Magnetis filio ad Gorgonas, a Mercurio, qui eum dilexisse existimatur, talaria et petasum accepit; praeterea galeam, qua indutus ex aduerso non poterat uideri . itaque Graeci Ἄϊδος galeam dixerunt esse, non ut quidam inscientissime interpretantur, eum Orci galea usum; quae res nemini docto potest probari . fertur etiam a Uulcano falcem accepisse ex adamante factam, qua Medusam Gorgona interfecit; quod factum nemo conscripsit . sed ut ait Aeschylus tragoediarum scriptor in Phorcisi, Graeae fuerunt Gorgonum custodes; de quibus in primo libro Genealogiarum scripsimus . quae utraeque uno oculo usae existimantur, et ita suo quaeque tempore accepto oculo uigilias egisse . hunc Perseus, una earum tradente, exceptum in paludem Tritonidam proiecit . itaque custodibus excaecatis, facile Gorgonam somno consopitam interfecit . cuius caput Minerua in pectore dicitur habere collocatum . Euhemerus quidem Gorgonam a Minerua dicit interfectam; de quo alio tempore plura dicemus.

XIII HENIOCHUS. Hunc nos aurigam latine dicimus, no-

D 6 concubicionis | 11 nemine | 14 phorcisigreae | 15 gorgoneum | 21 Eumerus quidam. — G 1 accepit. Neque enim pater | 2 cassiopeia | 4 SCRIBIT | 6 dicitur ad sidera | 10 esse dixerunt | 13 gorgonem | 14 phorcis igreae | 17 quaeque suo | 23 Eniochus | aurigam nos. — N 13 gorgona om. | 14 phorcis igree | 15 gorgonum custodes fuerunt | 21 Eumerus.

---

2 cassiepia D N | ac D G N uulg. et | 8 persea G N Perseum D ut supra cp. 9. Hyginus promiscue dixisse uidetur Perseum et Persea, ut alio loco Prometheum et Promethea | 10 ΛЄΙΔΟC D G N. Ἄιδος κυνέη iam ab Homero commemoratur Il. 5, 845 | 13 uulg. Gorgonem . in D gorgonam corr. in 'gorgona' cf. infra lib. III, 11 | 14 perperam omnes scribunt Phorcis . Aeschyli fabula inscripta erat Φορκίδες | 15 quibus D quo G N atque sic uulgo scribunt . in etc. de hac re dixi in Prolegg. ad Hyg. Myth. p. 19 | 18 tritonidam D G tritonida N atque sic uulgo scribunt. Tritonidam est etiam ap. Mart. Cap. p. 346 Eyss. cf. Neue, Form. 1, 333 | 19 gorgonam D G gorgona N uulg. Gorgonem . fortasse Hyginus promiscue dixit Gorgona et Gorgonam ex Gr. Γοργόνα et Γοργόνην . genitiuus singularis in capite sequenti est gorgonis, gen. plur. in iis quae antecedunt gorgonum | 21 gorgonam D G N uulg. Gorgonem | 22 de quo D i. e. de qua re, περὶ οὗ . de qua G N | alio loco, 1. Voss. | 23 XIII Ar. Phaen. 156; Catast. 13.

mine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat . quem Iuppiter cum uidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est ingenium hominis ad Solis inuenta accessisse, quod is princeps quadrigis inter deos est usus . sed Erichthonius et quadrigas, ut ante diximus, et sacrificia Mineruae et templum in arce Atheniensium primus instituit . de cuius progenie Euripides ita dicit: Uulcanum Mineruae pulchritudine corporis inductum, petisse ab ea, ut sibi nuberet, neque impetrasse; et coepisse Mineruam sese occultare in eo loco, qui propter Uulcani amorem Hephaestius est appellatus . quo persecutum Uulcanum, ferunt coepisse ei uim afferre, et cum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret, repulsus effudit in terram uoluptatem . quo Minerua, pudore permota, pede puluerem iniecit . ex hoc autem nascitur Erichthonius anguis, qui ex terra et eorum dissensione nomen possedit . eum dicitur Minerua in cistula quadam ut mysteria contectum, ad Erechthei filias detulisse et his dedisse seruandum; quibus interdixit, ne cistulam aperirent . sed ut hominum est natura cupida, ut eo magis appetant, quo interdicatur saepius, uirgines cistam aperuerunt et anguem uiderunt . quo facto, insania a Minerua iniecta, de arce Atheniensium se praecipitauerunt . anguis autem ad Mineruae clipeum confugit et ab ea est educatus . alii autem anguina tantum crura habuisse Erichthonium dixerunt, cumque primo tempore adolescentiae ludos Mineruae Panathenaea fecisse et ipsum quadrigis cucurrisse; pro quibus factis inter sidera

---

D 24 cucursisse. — G 2 inter om. | miratus | 6 ita om. | 11 ferre | 14 nomen accepit | 24 ipsis. — N 3 is om. | 6 Volcanum | 7 pulcritudine | 9 volcani | ephestius | 11 cupidinis | 12 terra | 16 hiis | 23 adulescentie.

---

3 hinc sua sumpsit Isidor. Orig. lib. III Mirati sunt enim ingenium ad imitationem Solis accessisse | 4 et quadr. in D 'et' deletur | 6 de etc. περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ Catast. l. c. hoc sensu 'progenies' apud alios scriptores non reperitur . cf. infra cp. 17 | Uulcanum etc. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 166 | 7 petisse D G N uulg. petiisse | 9 eo D G N uulg. eodem | hephestius D G. cf. Catast. l. c. Bursian l. c. p. 766 ex male intellecto uocabulo Ἡφαιστεῖον Hyginum temere haec scripsisse censet | 11 appl. D G N uulg. applicaret, ferretur . in G tamen post 'eam' additur peruenisset | 12 uoluptatem . Seru. Ge. 3, 113 effectum libidinis proiecit in terram . Bursian l. c. Hyginum uerba scriptoris graeci male uertisse dicit, commemorans ea quae auctor Catast. l. c. de hac re profert | 17 sed etc. simile est illud Ouidii Amor. 3, 4, 17 Nitimur in uetitum semper cupimusque negata | 19 cistam D G N uulg. cistulam, ut paulo antea | 21 clipeum G N uulg. clypeum | 23 ludos etc. cf. Philarg. ad Uerg. Ge. 3, 113 | 24 cucurrisse G N uulg. concurrisse.

dicitur collocatus . nonnulli etiam, qui de sideribus scripserunt, hunc natione Argeum, Orsilochum nomine, primum quadrigarum inuentorem esse dixerunt et pro inuentione siderum locum possedisse . alii autem hunc Mercurii filium ex Clytia natum, nomine Myrtilum, Oenomai aurigam definierunt, cuius post notam omnibus mortem parens corpus in mundo constituisse existimatur.

Huius in humero sinistro Capra instare, et in manu sinistra Haedi uidentur formati; de quibus nonnulli ita dicunt: Olenum quendam fuisse Uulcani filium; ex hoc duas nymphas Aega et Helicen natas, quae Iouis fuerunt nutrices . alii autem etiam ab his urbes quasdam appellari dixerunt, et Olenon in Aulide, Helicen autem in Peloponneso, et [Aegam in] Haemonia ibi nominari, de quibus Homerus in Iliadis secundo dicit . Parmeniscus autem ait Melissea quendam fuisse Cretae regem; ad eius filias Iouem nutriendum esse delatum . quae quod lac non habuerint, capram ei admisisse, Amaltheam nomine, quae eum dicitur educasse . hanc autem geminos haedos solitam esse procreare et fere eo tempore peperisse, quo Iuppiter nutriendus est adlatus . itaque propter beneficium matris et haedos quoque dicitur inter sidera collocasse . hos autem haedos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse . Musaeus autem dicit Iouem nutritum a Themide et Amalthea nympha; quibus eum mater Ops tradidisse existimatur. Amaltheam autem habuisse capram quandam ut in deliciis, quae Iouem dicitur aluisse . nonnulli etiam Aega Solis

D 11 et oleno | 12 aemonia | 20 edos. — G 6 apparens | 8 dicunt ita | 9 egea | 11 quasdam urbes apellari | 12 hemonia | 20 hos itaque hedos | 22 quibus autem mater tradidisse | 24 delitiis | egam. — N 4 dicia | 9 volcani | 12 emonia | 24 ega.

4 clytia D G uulg. Elicia | 6 parens i. e. Mercurius | 8 hedi D G N uulg. hoedi | 11 et etc. sequitur locus corruptus | Aulide . exspectares Aetolia uel terra Aetolide . Palmerius uult Aeolide | 12 'Aegam in' om. D G N quare uncis inclusi . Αἰγαί siue Αἰγά nomen multarum urbium fuit, cf. Nitzsch Hom. Od. 5, 380, sed apud Homerum in Iliadis secundo haec urbs non commemoratur . quare si retinenda uidentur illa 'Aegam in' sic esset legendum: Olenon in Aetolia, Helicen autem in Peloponneso (de quibus Homerus in Iliadis secundo dicit) et Aegam in Haemonia.' Olenus commemoratur ab Hom. Il. 2, 639, Helice 2, 575 | ibi: M. coni. ab iis . quod probandum uidetur | Haemonia uulg. Aemonia | 13 iliadis G ialiadis D uulg. Iliados | 17 hedos D G N uulg. hoedos | fere, M. coni. forte | 18 adl. D allatus G N | 19 hedos D G N | 20 tenedius in D corr. in teneus | 21 Museus D G N. olim legebatur Musaeus; de qua re supra dixi in Prolegg. | 24 Aega scripsi ex D N uulg. Aegam. cf. Catast. l. c.

filiam dixerunt, multis candore corporis praestantem, cui contrarius pulchritudinis horribilis aspectus exsistebat . quo Titanes perterriti petierunt a Terra, ut eius corpus obscuraret; quam Terra specu quodam celasse dicitur in insula Creta . quae postea Iouis fuisse nutrix, ut ante ostendimus, demonstratur . sed cum Iuppiter fidens adolescentia, bellum contra Titanas appararet, responsum est ei, si uincere uellet, ut αἰγὸς pelle tectus et capite Gorgonis, bellum administraret, quam aegida Graeci appellauerunt. itaque facto eo, quo supra declarauimus, Iuppiter Titanas superans regnum est adeptus, et reliqua ossa αἰγὸς caprina pelle contecta, anima donauit et stellis figuratam memoriae commendauit; et postea, quibus ipse uicerat tectus, Mineruae concessit. Euhemerus ait Aega quandam fuisse Panos uxorem; eam ab Ioue compressam peperisse, quem uiri sui Panos diceret filium; itaque puerum Aegipana, Iouem autem Aegiochum appellatum . qui, quod eum diligebat plurimum, inter astra caprae figuram memoriae causa collocauit.

XIV OPHIUCHUS, qui apud nostros scriptores Anguitenens est dictus, supra Scorpionem constituitur, tenens manibus anguem medium corpus eius implicantem . hunc complures Carnabonta nomine dixerunt Getarum, qui sunt in Thracia, regem fuisse; qui eodem tempore rerum est potitus, quo primum semina frugum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua beneficia largiretur hominibus, Triptolemum, cuius ipsa fuerat nutrix, in curru draconum collocatum (qui primus omnium una rota dici-

---

D 4 caelasse | 13 ega | 22 a quo. — G 2 pulchritudini | 3 corpus eius | 4 quodam specu dicitur celasse | 5 diximus | 9 quod | 13 egam | 15 apellatum | 19 super | 20 eius om. | inplicantem | 23 cum ceres enim. — N 6 adulescentia | 9 iupiter | 14 puerum om. | 19 dictus est | 20 quam plures | 24 nutrix fuerat.

2 pulch. D N uulg. pulchritudini | existebat D G N | 4 crete U. Creten restitui ap. Hyg. Myth. cp. 139 | 7 egos D G N | 8 egida D G N | 9 quo DN uulg. quod . est attractio ex more Graecorum, cf. Berger, Lat. Gramm. §. 278, b | 10 aegos D N egos G | 12 Sch. coni. post ea' | 13 aega N uulg. Aegam | 14 'puerum' in D deletum est | egypan D aegipan N | 15 app. D N uulg. dictum | eam G N | 16 fig. D G N uulg. figura | 18 Anguitenens est Manil. 5, 390, Serpentarius Schol. Germ. | 19 est dictus D G uulg. dictus est | constituitur D constitutus G N atque sic uulgo scribunt | 20 hunc etc. haec et quae sequuntur usque ad illa 'Polyzelus' autem' in U leguntur cp. 15 post uerba 'complures a Uulcano factam' | in D Carnhabonta mutatum uidetur in 'carbonta' | 21 nomine dix. D G N uulg. dix. nomine | Getarum etc. D G N uulg. Getarum regem qui sunt in Mysia regione fuisse | 22 rerum D G N uulg. regno | 25 omnium D G N uulg. hominum.

tur usus, ne cursu moraretur) iussit omnium nationum agros circumeuntem semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero uictu segregarentur . qui cum peruenisset ad eum, quem supra diximus Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus; deinde non ut beneficus aduena et innocens, sed ut crudelissimus hostis insidiis captus, aliorum paratus producere, suam paene perdidit uitam. Carnabontis enim iussu cum draco unus eorum esset interfectus, ne cum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, curru praesidium sibi constituere speraret, Ceres eo uenisse et ereptum adolescenti currum, dracone altero subiecto, reddidisse, regem pro coepto maleficio poena non mediocri adfecisse narratur. Hegesianax enim dicit, Cererem memoriae hominum causa ita Carnabonta sideribus figurasse, manibus tenentem draconem ut interficere existimetur . qui ita uixerat acerbe, ut incundissimam sibi conscisceret mortem. Alii autem Herculem esse demonstrant, in Lydia apud flumen Sagarim anguem interficientem, qui et homines conplures interficiebat et ripam frugibus orbabat . pro quo facto ab Omphala, quae ibi regnabat, multis ornatum muneribus Argos remissum, ab Ioue autem propter fortitudinem inter sidera collocatum. Nonnulli etiam Triopan Thessalorum regem dixerunt esse; qui cum suum domicilium tegere conaretur, Cereris ab antiquis collocatum diruit templum . pro quo facto a Cerere fame obiecta, numquam postea frugibus ullis saturari potuisse existimatur . nouissime prope ad terminum uitae dracone obiecto, mala plurima perpessus, aliquando mortem adeptus, inter astra Cereris uoluntate est constitutus . itaque adhuc uidetur cum draco circumplexus

---

D 6 poene | 7 Carnhabontis | 11 adfecit. Hegesianax. — G 4 primus | 6 paratus om. | paene om. | 7 'cum draco' om. | 9 uenisset | 10 subiecto om. | 11 Heges. enim | 12 carbonanta | 14 iocundissima | consciret | 18 omphala regina | 25 in astra. — N 7 Charnabontis | 10 adulescenti | 16 quam plures | 18 regina omfala.

---

1 cursum coni. Sch. | 3 fero uictu . sic Cic. De inuent. 1, 2 | 5 deinde om. D G N | 6 paene N uulg. pene | 8 insidias parari D G N | 9 erepto D G N | 11 regem propter male, N. fortasse uoluit maleficium | poena non m. Litotes est, qua figura saepius utitur Hyginus | affecisse G N | narratur om. G N | 12 enim om. N et re uera huc non pertinet | 12 charnabonta D N | 13 ut int. draconem D N | 14 iuc. uulg. ioc. | 15 lidia G N. sciendum est in N fere semper scribi i pro y | 16 conpl. D G uulg. compl. | 18 Omphala D uulg. regina Omphala | 20 triophan D G triopan N uulg. Triopam | 22 pro etc. similia alii de Erysichthone tradiderunt, cf. Ouid. Met. 8, 788 sqq. | 25 mortem adipisci (i. e. manus sibi afferre) est etiam apud Suetonium.

aeterna merentem adficere poena. Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur . nam cum eorum insulam, serpentium multitudine occupatam, ciues Ophiussam appellassent, et in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, et patria denique deserta carere coepisset, dicitur Phorbas Triopae filius ex Hiscilla Myrmidonis filia natus, eo tempestate delatus, omnes feras et eum draconem interfecisse . qui cum maxime Apollini dilectus esset, locatus inter sidera dicitur, ut interficiens draconem laudis et memoriae causa uideretur . itaque Rhodii quotienscumque longius a litore prodeunt classe, prius sacrificant Phorbantis aduentu, ut talis euentus inopinatae uirtutis accidat ciuibus, qualis inscium Phorbanta futurae laudis ad sidera gloriae pertulit casus. Complures etiam astrologi hunc Aesculapium finxerunt, quem Iuppiter Apollinis causa inter astra collocauit. Aesculapius enim cum esset inter homines, et tantum medicina ceteris praestaret, ut non satis ei uideretur hominum dolores leuare, nisi etiam mortuos reuocaret ad uitam, nouissime fertur Hippolytum, quod inquitate nouercae et inscientia parentis erat interfectus, sanasse, ita uti Eratosthenes dicit. Nonnulli Glaucum Minoos filium eius opera reuixisse dixerunt; pro quo, ut peccato, Iouem domum eius fulmine incendisse, ipsum autem propter artificium et Apollinem eius patrem inter sidera anguem tenentem constituisse . ut quidam dixerunt, hac de causa anguem dicitur tenere . quod cum Glaucum cogeretur sanare, conclusus quodam loco secreto, bacillum tenens manu, cum quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius adrepsisse: quem

D 4 opphiussam | 7 biscacla | 11 quocienscumque | 23 et om. | 24 constituisse. Nonnulli dixerunt. — G 7 hiscla | 9 esset apollini dilectus | 11 uidetur | 14 Conplures | 18 releuare | ad uitam reuocaret | 21 Non nulli | 22 eius om. | 23 appollinem patrem eius. — N 15 iupiter | 20 ut | 23 uero.

1 aeterna i. e. immortalitatem | merentem D G N uulg. moerentem | adf. D aff. G N | 4 Ophiussam U offiussam G N uulg. Ophiusam . graece Ὀφιοῦσα et Ὀφιοῦσσα scribitur | 7 Hiscilla est lectio corrupta . in aliis libris est hyocla, hysocla, hischela | 9 ea D N | 9 locatus in caelo interficiens, U | 10 'inter sidera dicitur ut' om. D G N | 11 quot. G N uulg. quotiescumque | longius a litore D G N uulg. a lit. longius | 12 perperam omnes scribunt: prodeunt, classes | scripsi ex D classe, i. e. nauibus | aduentu D G N quod accipiendum est pro aduentui; uulg. aduentui | ut etc. G N uulg. 'talis ut illis' . D uelle uidetur 'ut illis' | 16 in D plerumque scribitur aescolapius, in G esculapius | 19 quod D G N uulg. qui | nouercae om. D G N | 21 minoos D G N uulg. Minois | 24 quidam, cf. Apolld. 3, 3; Hyg. Myth. cp. 137 | 27 adr. D. arr. G N.

Aesculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens saepius. Postea fertur alter anguis eodem uenisse, ore ferens herbam, et in caput eius inposuisse; quo facto, utrosque loco fugisse . quare Aesculapium usum eadem herba et Glaucum reuixisse . itaque anguis et in Aesculapii tutela et in astris dicitur collocatus . qua consuetudine ducti posteri eius tradiderunt reliquis, ut medici anguibus uterentur.

XV SAGITTA Hanc unam de Herculis telis esse demonstrant, qua aquilam dicitur interfecisse, quae Promethei iocinera fertur exedisse; de quo pluribus dicere non inutile uidetur . antiqui cum maxima caerimonia deorum inmortalium sacrificia administrarent, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma . itaque cum propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non optingerent, Prometheus, qui propter excellentiam ingenii miram homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Ioue impetrasse, ut partem hostiae in ignem coicerent, partem in suo consumerent uictu; idque postea consuetudo firmauit . quod cum facile a deo, non ut homine auaro impetrasset, ipse Prometheus immolat tauros duos . quorum primum iocinera cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam corio bubulo contexit; ossa autem quaecumque fuerunt, reliqua pelle contecta in medio collocauit et Ioui fecit postestatem, ut quam uellet eorum sumeret partem . Iuppiter autem, etsi non pro diuina fecit cogitatione, neque ut deum decebat, omnia qui debuit ante prouidere, sed (quoniam credere instituimus historiis) deceptus

---

D 4 et eadem herbam et. — G 1 sepius feriens | 3 posuisse | 4 et eadem herba glaucum | 6 tradiderunt om. | 8 Sagittam hanc | 9 iaconora | 16 'in ignem' om. | conicerent | 18 adeo ut hominem | 19 duos thauros | iacinora | 20 unam | 23 autem om. — N 2 Post ea | 16 proiicerent | 18 ab homine.

---

3 inp. D imp. N | 4 quare . . . herba N Sch. aliique; uulg. qua re Aesc. usum, et eadem herba Glaucum | 5 tutela D G N uulg. tutelam | 6 qua etc. locus est corruptus | tradiderunt, ut reliqui medici U | 9 ioc. D N uulg. ioconora h. l. et in sqq. | 10 plur. D uulg. pluribus uerbis | non utile D G N | 11 cerimonia D G N et sic uulgo scribunt | 14 opt. D obt. G N | 15 rec. M. coni. 'hac usus ratione | 16 coicerent D uulg. coniicerent | 18 non etc. i. e. qui non esset auarus ut homo | Fraudem Promethei in carnium distributione multi scriptores commemorant; in quo numero est Hes. Th. 328 sqq. | 20 in unum . sic infra cp. 35 in unum peruenire | 21 contexit D uulg. texit | quae circum D G quaecumque N uulg. quae circa | 21 uulgo sic distinguunt: fuerunt reliqua, pelle | reliqua i. e. altera . nam ea pellis, quae paulo antea corium uocatur, carnem tegebat | 23 sciendum est in N fere semper scribi iupiter | 24 licebat D G.N et sic uulgo scribunt . quod dedi, uoluit M.

a Prometheo, utrumque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte . itaque post ea in sollemnibus et religiosis sacrificiis carne hostiarum consumpta, reliquias, quae pars fuit deorum, igni comburunt.

Sed ut ad propositum reuertamur, Iuppiter cum factum rescisset, animo permoto mortalibus eripuit ignem, ne Promethei gratia plus deorum potestate ualeret, neue carnis usus utilis hominibus uideretur, cum coqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari, sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat . itaque ceteris remotis, deuenit ad Iouis ignem; quo deminuto et in ferulam coniecto, laetus, ut uolare non currere uideretur, ferulam iactans, ne spiritus interclusus uaporibus exstingueret in angustia lumen . itaque homines adhuc plerumque, qui laetitiae fiunt nuntii, celerrime ueniunt . praeterea in certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei similitudine, ut currerent lampadem iactantes . pro quo Iuppiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit his, quam a Uulcano factam deorum uoluntas omni munere donauit; itaque Pandora est appellata . Prometheum autem in monte Scythiae nomine Caucaso ferrea catena uinxit; quem alligatum ad triginta milia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor ait . praeterea admisit ei aquilam, quae assidue noctu renascentia iocinera exesset . hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone et Echidna natam, alii ex Terra et Tartaro, complures Uulcani factam manibus demonstrant, animamque ei ab Ioue traditam dicunt.

D 11 concurrere | 12 uapores. — G 2 sollempnitatibus | 3 fuit pars | 5 'Sed . . . reuertamur' om. | factum om. | 6 ignem eripuit | 8 concoqui | 14 leticiae | 20 XXX | 21 dicit | 22 'quae . . . aquilam' om. — N 2 solennibus | 8 conquoqui | 14 leticie | nuncii | 17 is | uolcano | 19 Promethea | 24 volcani.

2 uulg. postea | soll. D uulg. solennibus | 4 igni, uulg. eodem igni . sed 'eodem' in D expunctum est, et delendum uidetur . igni comburere dictum est ut igni cremare ap. Caes. B. G. 1, 4 | 6 animo perm. supra cp. 14 mente commotus | 7 plus, D N ius, G uis | 8 coqui D H aliique, uulg. concoqui | 11 dem. D N dim. G | 12 iactasse fertur, 1 Voss. hoc sane melius est; Sch. coni. iactabat uel iactauit | uaporis G N et sic uulgo scribunt . quod dedi, habent editiones antiquiores | 12 extingueret D G N | 15 uulg. consuetudine . quo expuncto in D scriptum est 'similitudine' atque ita omnino legendum est | 18 uoluntas D G uulg. uoluntate | 20 milia D G N uulg. millia | 23 ex Typh. et Ech. sic Pherecydes in secundo, cf. Schol. Ap. Rhod. 2, 1248 | 24 compl. etc. Ueneta aliique, ut iam antea dixi, h. l. immiserunt narrationem de Carnabonte.

Sed de eius solutione haec memoriae prodita est causa . cum Iuppiter Thetidis conubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque a uirgine timida impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur cecinisse fata, quae perfici natura uoluit rerum . dixerunt enim, quicumque Thetidis fuisset maritus, eius filium patria fore laude clariorem; quod Prometheus non uoluntate, sed necessitudine uigilans, auditum Ioui nuntiauit . qui ueritus id, quod ipse Saturno patri fecisset in simili causa, ne patrio regno priuaretur, coactus destitit Thetin uelle ducere uxorem, et Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam eumque uinculis liberauit . neque id, quod fuerat iuratus, remisit, uacuum omni alligatione futurum; sed memoriae causa ex utraque re, hoc est lapide et ferro, digitum sibi uinciri iussit . qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo uiderentur, anulos lapide et ferro conclusos habere coeperunt . nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se uictorem inpune peccasse diceret . itaque homines in maxima laetitia uictoriisque coronas habere instituerunt; id exercitationibus et conuiuiis perspicere licebit.

Sed potius ad initium causae et interitum aquilae reuertamur. Hercules missus ab Eurystheo ad Hesperidum mala, nescius uiae deuenit ad Promethea, quem in Caucaso monte uinctum fuisse supra ostendimus . a quo uia demonstrata, uictor iam ad eum iter facere contendit, ut et draconem, de quo ante diximus, interfe-

D 9 patri | 13 uincciri | 19 sed opinio ad | reuertatur | 20 poma | 22 uictoriae dum iter facere. — G 1 tradita | 15 Non nulli | 17 laeticia | statuerunt | 22 uictoriae dum iter faceret contendit ut aquilam de qua. — N 2 pulcritudine | 3 timida uirgine | 7 necessitate | 9 patris | 10 merito meritam | 16 impune | 17 leticia | constituerunt | 19 Sed opinor ad inicium cause | 21 uinctum om. | 22 diximus | uictoria ad eum iter.

---

1 cf. Myth. Uat. II, 64 sq. et quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 54 | 2 con. uulg. connubium; omittunt hoc uocabulum D G N | 3 uirg. tim. D G uulg. tim. uirg. | 6 patria D G N uulg. patro | 8 ne etc. uulg. 'ne patris regno priuatus cogeretur, destitit' nec meliora praebent D G N . emendaui ex 1 Voss. | 9 thetin D N thetim G | 10 ret. D G N rettulit U | 13 uincire N aliique . uidetur legendum 'sibi uincire' uel 'ipsi uinciri' | 18 exerc. D G uulg. 'in exerc.' supra p. 19 quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest | 19 potius G uulg. opinor . mihi aliquando in mentem uenerat 'protinus' | 20 mala G N idem habet Myth. Uat. II, 64 qui hinc sua sumpsit | 22 ostend. D G uulg. diximus | uictor etc. uulgo 'uictoriae, dum iter faceret, contendit.' Micyllus sic 'partaque uictoria ad eum iter facere contendit' . emendaui ex sententia M. | 23 ut aquilam de qua ante diximus interfectam diceret, H; sed lectio uulgata non mutanda est.

ctum diceret, et gratiam pro beneficio referret . nam confestim honorem quem potuit, reddidit merenti* qua dimissa, homines instituerunt, ut hostiis immolatis iocinera consumerent in deorum altaribus, ut exsaturare eos pro uisceribus Promethei uiderentur.

Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Ioui fecerunt, quo Aesculapium interfectum complures dixerunt . hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse . cum autem Iuppiter ignouerit filio, ipsam sagittam uento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur . hanc igitur ob causam inter sidera demonstrant.

XVI AQUILA. Haec est quae dicitur Ganymedem rapuisse et amanti Ioui tradidisse; hanc etiam Iuppiter primus ex auium genere sibi delegisse existimatur . quae sola tradita est memoriae contra solis exorientis radios contendere uolare . itaque supra Aquarium uolare uidetur; hunc enim conplures Ganymedem esse finxerunt . nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse, qui Coum insulam tenuerit regno, et a filiae nomine Coon et homines ipsos a se Meropas appellaret . hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Ethemeam, genere nympharum procreatam . quae cum desierit colere Dianam, ab ea sagittis figi coepit . tandem a Proserpina uiuam ad inferos abreptam esse . Meropem autem desiderio uxoris permotum, mortem sibi consciscere uoluisse; Iunonem autem misertam eius in aquilam corpus eius conuertisse et

D 2 Qua de missa | 8 apollinen | 16 ganymeden | 20 echemeam | 21 tandem proserpina | 22 Meropam. — G 2 merenti reddidit . qua admissa | 10 hanc autem ob | 15 contendere uolantem | 17 esse | 18 choum | 21 a proserpina tandem | 22 raptam. — N 2 Qua demissa | 5 Ut om. | 11 monstrant | 13 tradidisse dicitur 16 quam plures | 17 meropen | 20 nimpharum genere | 22 ad inferos esse raptam | meropen | 23 sibi om. | 24 eius corpus.

---

2 merenti . deesse quaedam uidentur; fortasse legendum est: merenti et aquilam cor eius exedentem interfecit, cf. Myth. Uat. II, l. c. | qua dim. lectio corrupta est . quo dimisso H aliique . hoc sane melius est | 3 iocinera D N idem h. l. etiam G habet; uulg. iocinora | 4 saturare U; M. coni. ut eis (i. e. iocineribus) saturare eos | 5 Ut in D deletum est | 6 qui etc. Hyg. Myth. cp. 49; Catast. 29 | 12 ganimeden D ganimedem G N cf. Neue, Form. I, 318 | 13 primum D G N | 15 ualere U. infra cp. 18 cum ad caelum contenderet euolare | 16 conpl. D | ganimedem G N | 18 coum D H uulg. Coon., quemadmodum in sqq. scribitur | 19 Meropas, cf. Hom. hymn. Apoll. 42; Quintil. 8, 6, 71 | Sch. uult appellarit . quod probandum uidetur . similis error est in D G infra cp. 17 | 20 Ethemeam aliunde non noui | 21 M. uult desiisset ex 3 Ul. | 21 uulg. tandemque a Pr. uiua ad inf. abrepta est.

inter sidera constituisse, ne, si hominis effigie eum constitueret, hominis memoriam tenens, coniugis desiderio moueretur. Aglaosthenes autem qui Naxica scripsit, ait Iouem Crete subreptum, Naxum delatum et ibi esse nutritum . qui postquam peruenerit ad uirilem aetatem et uoluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam; quo auspicio usum esse et eam inter astra collocasse . nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Ueneris inductum in amorem incidisse; et cum ei copia non fieret , animo, ut contumelia accepta, defecisse. Iouem autem misertum eius, cum Uenus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, quae soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet; quem persequens Uenus ad cupientem sui peruenit . qui copia facta, pro beneficio aquilam in mundo locauit.

XVII DELPHIN. Hic qua de causa sit inter astra collocatus, Eratosthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum, quo tempore uoluerit Amphitriten ducere uxorem, et illa cupiens conseruare uirginitatem fugerit ad Atlanta, complures eam quaesitum dimisisse, in his et Delphina quendam nomine . qui peruagatus insulas, aliquando ad uirginem peruenit eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administrauit . pro quo facto inter sidera Delphini effigiem collocauit . et hoc amplius: qui Neptuno simulacra faciunt, delphinum aut in manu, aut sub pede eius constituere uidemus; quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur . Aglaosthenes autem, qui Naxica conscripsit, Tyrrhenos ait fuisse

D 3 naxia | 7 anapladen | 11 amithonea | 13 cupiditatem | 15 DELFIN | 17 amphytriten | 19 is | delfina. — G 1 sydera collocasse | 3 conscripsit | 'ait Iouem' om. | 6 sydera | 10 corpus ablueret flumine | 11 amytheonea | 13 superuenit | 14 collocauit | 15 Hic om. | collocatus inter astra | 16 dicit cum ceteris | 21 eorum nuptias amministrauit | 22 collocatum | 23 simulacrum faciunt delphini | 25 Aglaosthenes om. — N 1 collocaret | 7 locasse . Nonnulli autem | 8 pulcritudine | 11 amitonea | 17 amphitritem.

2 hominis D uulg. nihilominus | 3 crete D N Cretae; M uoluit Creta subr. D surr. G N | 6 ausp. i. e. obuolasse in augurium, ut ait Seru. Aen. 1, 394 | 7 Anapl. huius alii non meminerunt | 9 animo H N uulg. animum | 11 Amyth. fortasse legendum est Ammoniam | 12 quem. fortasse legendum est quam ita ut ad aquilam referatur | 14 loc. D N uulg. colloc. | 15 Delphin G uulg. Delphinus | 16 cum ceteris . sic supra cp. 9 et aliis locis | 17 amphitriten G uulg. Amphitritem | seruare G N | 18 fug. N fugeret D G; de qua re paulo antea dixi | 18 perperam D G N quaesitam | 24 uidentur, 1 Voss. 25 Tyrrh. etc. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 134.

quosdam nauicularios, qui puerum etiam Liberum patrem receptum, ut Naxum cum suis comitibus trauectum redderent nutricibus nymphis; a quibus eum nutritum et nostri in progenie deorum et conplures Graeci dixerunt . sed ut ad propositum reuertamur, nauicularii spe praedae inducti, nauem auertere uoluerunt . quod Liber suspicatus, comites suos iubet symphoniam canere; quo sonitu inaudito Tyrrheni cum usque adeo delectarentur, ut etiam in saltationibus essent occupati cupiditate, se in mare inscii proiecerunt et ibi delphini sunt facti . quorum cogitationem cum Liber memoriae hominum tradere uoluisset, unius effigiem inter sidera collocauit . alii autem dicunt hunc esse delphina, qui Ariona citharoedum ex Siculo mari Taenarum trauexit . qui cum ceteros artificio praestaret et circum insulas quaestus causa uagaretur, seruuli eius arbitrati plus in perfidiosa libertate commodi, quam in placida seruitute esse, cogitare coeperunt, ut domino in pelagus proiecto, bona eius inter se partirentur . qui cum cogitationem eorum sensisset, petiit, non ut dominus a seruis et innocens ab improbis, sed ut parens a filiis, ut se liceret ornare, qua saepe uicerat ueste, quoniam nemo esset alius, qui ut ipse suum questu prosequeretur euentum . quod cum inpetrasset, cithara sumpta, suam coepit deflere mortem; quo sonitu ducti delphines e toto mari pronatant ad Arionis cantum . itaque deorum inmortalium potestate inuocata, super eos se deiecit; quorum unus Ariona exceptum pertulit ad Taenarium litus . cuius memoriae causa quae ibi statua statuta est Arionis, in ea delphini simulacrum adfixum

D 3 nostra | 19 qui om. | 21 delphini se toto. — G 5 nauim | 8 in om. | inessent | cupiditate saltandi inscii in mare se pr. | 21 e om. — N 1 etiam om. | 7 usque eo | 8 in saltationibus etiam | mari | 11 hunc om. | 18 sepe fuerat ueste | 25 in ea om.

1 M. coni. etiamnum | rec. lectio corrupta est, uel in iis quae antecedunt sic est legendum: a quibus puerum | 2 trauectum D uulg. transuectum . traueho dictum est, ut alii traicio, trano, tramitto dicunt | 3 nostri opponuntur Graecis; cf. infra cp. 21. supra cp. 14 plenius dicitur 'apud nostros scriptores' cf. Cic. Tusc. 1, 1 sq. | in pr. deorum i. e. in libris qui inscripti erant Genealogiae, ut iam supra dixi in Prolegg. | deorum D N uulg. deorum esse | 4 conpl. D uulg. compl. | 6 symphonia D N | 8 cup. D N uulg. cupiditate saltandi | insc. pr. D N uulg. pr. inscii | 11 alii etc. Nomina eorum, qui similia tradiderint, posui ad Hyg. Myth. cp. 194 | 12 trauexit D transuexit G N et sic uulgo scribunt | 17 petit D G N | 17 et ut inn. 3 Ul. | 18 ornatum D N ornare G | 19 ueste . ut ait Ouid. Fast. 2, 107 fuit palla bis tincta Tyrio murice | questu D N uulg. quaestu | 20 euentum i. e. uitae finem . sic Horat. A. P. 148 | inp. D imp. G N | 22 pronatare uox rara est | 25 uulg. 'ibi statua est' in aliis est: ibi statuta est . quod dedi, habet N atque idem coniecerat Sch; in D lectio uulgata mutata est in 'ibi cum statua arionis delfini' | 25 uulg. simulachrum | adf. D aff. G N.

uidetur; pro qua re inter sidera ab antiquis astrologis est figuratum. serui autem, qui se putabant seruitute elapsos, tempestate Taenarum perducti, a domino comprehensi, non mediocri supplicio sunt affecti.

XVIII EQUUS. Hunc Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium dixerunt: qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens saxum, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus. alii dicunt, quo tempore Bellerophontes ad Proetum Abantis filium, Argiuorum regem, deuenerit, Antiam regis uxorem hospitis amore inductam, petisse ab eo, uti sibi copiam faceret, promittens ei coniugis regnum. quod cum inpetrare non potuisset, uerita, ne se ad regem criminaretur, occupat: eum sibi uim adferre uoluisse Proeto dicit. qui quod eum dilexerat, noluit ipse supplicium sumere, sed quod ei Pegasum equum esse sciebat, mittit eum ad Iobatem, Antiae patrem, quam alii Sthenoboeam dixerunt, ut ille filiae pudicitiam defendens, Bellerophontem obiceret Chimaerae, quae eo tempore Lyciorum agros flamma uastabat. unde uictor effugiens, post fontis inuentionem cum ad caelum contenderet euolare, neque longe iam abesset, despiciens ad terram, timore permotus decidit ibique perisse dicitur. equus autem subuolasse et inter sidera ab Ioue constitutus existimatur. alii non criminatum ab Antia, sed ne saepius audiret quod nollet, aut precibus eius moueretur, profugisse Argis dixerunt. Euripides autem in Melanippa Melanippen, Chironis Centauri filiam, Thetin antea appellatam dicit. quae cum aleretur

D 13 'qui' deletum est | 15 iobantem | 17 bellorofontem. — G 2 putarant | 9 belloforons | 11 quae | 13 uoluisse afferre | 15 iubante | 17 bellophorontem | 19 uolare | 22 Alii autem. — N 1 quare ab antiquis astrologis est figuratum inter sidera | 5 quam plures | 11 regnum coniugis | 13 Que cum. | 15 mittit ad aliobantem antie regine patrem | 17 bellorophontem | 24 melanippa ipsam hypen chironis.

2 putarant in D corr. in 'putabant' sed nec illud spernendum est | 5 Cap. XVIII Ar. Phaen. 205; Catast. 18; Schol. Germ. 204 sqq. | 8 alii, cf. Hyg. Myth. cp. 57 | 10 petisse D G N uulg. petiisse | 11 quod D uulg. Quae | 12 inp. D G imp. N | pot. D G N uulg. posset | ad pro apud; de qua re dixi in Prolegg. | 13 adf. D uulg. afferre | 14 uulg. quod aequum esse. emendaui ex N. in G est 'quod equum esse' et suprascriptum est 'iustum' in D equum corr. in 'eum' | 15 apud Hyg. Myth. l. c. ex cod. Frising. scribendum est Iobaten | 17 ob. D G N uulg. obiiceret | 18 uulg. profugiens, quod in D corr. in effugiens | 19 celum D G N h. l. et alibi, uulg. coelum | cont. euol. cf. supra cp. 16 | 24 melanippa D G N uulg. Menalippa, cf. Hyg. Myth. cp. 186 | hippen D hipen G; scribendum uidetur Melanippen, cf. Catast. et Schol. Germ. l. c. | 25 tean N thean D G et sic uulgo scribunt. Micyllum aliosque secutus scripsi Thetin.

in monte Pelio, et studium in uenando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo Hellenis filio Iouis nepote persuasam concepisse; cumque iam partus adpropinquaret, profugisse in siluam, ne patri, cum uirginem speraret, nepotem procreasse uideretur . itaque cum parens eam persequeretur, dicitur petisse a deorum potestate, ne pariens a patre conspiceretur . quae deorum uoluntate postquam peperit, in equam conuersa, inter astra est constituta . nonnulli eam uatem dixerunt fuisse; sed quod deorum consilia hominibus sit enuntiare solita, in equam esse conuersam . Callimachus autem ait, quod desierit uenari et colere Dianam, in quam supra diximus speciem, eam Dianam conuertisse . haec dicitur etiam hac re non esse in conspectu Centauri, quem Chirona esse nonnulli dixerunt, et etiam dimidiam apparere, quod noluerit sciri se feminam esse.

XIX DELTOTON. Hoc sidus quod ut littera est graeca in triangulo posita, itaque appellatur . quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, et Iouis nomine graece *Διός* primam litteram deformaret . nonnulli Aegypti positionem; alii, qua Nilus terminaret Aethiopiam et Aegyptum dixerunt . alii Siciliam figuratam putauerunt; alii, quod orbem terrarum superiores trifariam diuiserunt, tres angulos esse constitutos dixerunt.

XX ARIES. Hic existimatur esse, qui Phrixum et Hellen transtulisse dictus est per Hellespontum . quem Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem; de qua alibi plura dicemus . sed Hellen decidisse in Hellespontum, et a Neptuno conpressam Paeona procreasse conplures, nonnulli Edonum dixerunt . praeterea Phrixum incolumem ad Aeetam peruenisse, arietem Ioui

D 4 et nepotem | 11 spetiem diximus | 17 harietis | 18 grecidios | 19 alii quod nilus | 28 oetam. — G 3 apropinquaret | 5 dicitur illa | 7 collocata | 8 dixerunt uatem | 9 enuntiare sit | 11 etiam dicitur | 13 non nulli | sciri om. | 15 Delton | 16 Itaque apellata est | 17 estimatur | 18 dios | 28 incolomem | etam. — N 9 nunciare | 10 in quam speciem diximus | 13 et om. | 15 sidus uelut litera | 18 nomine ud egre dios.

3 adp. D app. N | uulg. syluam | 5 dic. D N uulg. dicitur illa | 9 en. D G uulg. enunciare | 11 dix. spec. G uulg. spec. dix. | 13 et eam dim. 1 Voss. | 14 fem. D G uulg. foem. | 15 quod ut D G uulg. uelut | littera D G uulg. litera | 16 ita, 2 Voss. | 18 in iouis. 1 Voss. | 19 litt. D G uulg. literam | 21 superiores sunt qui ante nos uixerunt | 22 diuiserint O | 23 Cap. XX Ar. Phaen. 235 sqq; Catast. 19. similia alii prodiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 3 | et hellen tr. G uulg. transtulisse et Hellen | 26 conpr. D compr. G N | 27 conpl. D compl. G N | edonum D uulg. Hedonum . *Ἠδωνός* nomen uirorum fuit.

inmolasse, pellem in templo fixisse et arietis ipsius effigiem ab Nube inter sidera constitutam, habere tempus anni, quo frumentum seritur; quod id Ino tostum seuerit ante, quae maxime fugae fuit causa. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse et Phrixo memoriae causa dedisse, ipsum ad sidera peruenisse, quare, ut supra diximus, obscurius uideatur . hunc autem nonnulli dixerunt in oppido Orchomeno, quod est in Boeotia, natum; alii in Salonum Thessaliae finibus procreatum . alii dicunt Crethea et Athamantem cum aliis conpluribus Aeoli filios fuisse; nonnulli etiam Athamantis filium Salmonea esse Aeoli nepotem dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt . hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam, in amorem incidisse, neque ab eo, ut sibi copiam faceret, inpetrare potuisse . itaque necessario coactam, criminari eum ad Crethea coepisse, quod diceret ab eo uim sibi pene allatam, et horum similia mulierum consuetudine dixisse . quo facto Crethea ut uxoris adamantem et regem decebat, permotum, Athamanti ut de eo supplicium sumeret persuasisse. Nubem autem interuenisse, et ereptum Phrixum et Hellen eius sororem in ariete inposuisse et per Hellespontum quam longissime possent profugere iussisse. Hellen decidisse et ibi debitum naturae reddidisse, et ex eius nomine Hellespontum appellatum. Phrixum Colchos peruenisse et, ut ante diximus, arietis interfecti pellem in templo fixisse . ipsum autem a Mercurio ad Athamantem esse reductum, qui patri satisfecerit, eum innocentia confisum profugisse. Hermippus autem dicit, quo tempore Liber Africam oppugnauerit, deuenisse cum

---

D 2 hominum quo | 8 salenum | 10 athemantem | salmone aeoli | 19 eius hellem | 21 Hellem | 22 colcos. — G 3 ideo quod ortum | causa fuit | 4 et eratostenes | 6 qua re | 9 fuisse filios | 10 etiam et | salonem | 12 braciden | 13 decidisse | 17 amatorem | 19 eius sororem hellen | 21 naturae soluisse | 22 cholcos | 26 expugnauerit. — N 3 ideo quod hortum | 9 'et Athamantem . . . etiam' om. | 10 salmonem eoli | 17 amantem | 19 eius hellen | posuisse | 21 et om. | 21 esse om.

---

1 inm. D imm. G N | 2 quo tempore, 1 cod. St. cf. infra lib. III, 5 | 3 quod etc. scripsi ex sententia M. quae firmatur iis quae leguntur ap. Hyg. Myth. cp. 2; uulg. ideo quod hortum. In D est 'ideo quod tostum' sed tostum temere corr. in ortum. Susius inuenit in Ms. quod Ino tostum | 6 supra, cp. 19 | uideatur carens pelle, 1 Ul; carens pelle lucente H | 7 orchomeno D uulg. Orchomenio | boetia D N h. l. et alibi | 9 conpl. D compl. G uulg. pluribus | 10 nonnulli . . . dixerunt . haec huc non pertinere uidentur | 12 corpore i. e. corporis pulchritudine | 14 inp. D imp. G N | ad pro apud, cf. supra cp. 18 | 17 adamantem D uulg. amantem, cf. Hyg. Myth. cp. 47 | 19 ariete D arietem G N et sic uulgo scribunt | 20 possent scripsi ex G uulg. posset | 25 confixum D N.

exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Ammodes est appellatus . itaque cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessario faciendum esse uidebat, accessit eo, ut aquae maxima penuria esset; quo facto exercitus ad defectionem maximam uenire cogebatur . qui dum quid agerent cogitant, aries quidam fortuitu ad milites seorsum errans peruenit; quos cum uidisset, fuga praesidium sibi parauit . milites autem, qui eum fuerant conspicati, etsi puluere et aestu pressi uix progrediebantur, tamen ut praedam ex flamma petentes, arietem sequi coeperunt usque ad eum locum, qui Iouis Hammonis postea templo constituto est appellatus . quo cum peruenissent, arietem quem secuti fuerant, nusquam inuenire potuerunt; sed quod magis his fuerat optandum, aquae magnam copiam in eo loco nacti sunt, recuperatisque corporibus Libero statim nuntiauerunt . qui gauisus ad eos fines exercitum deduxit et Iouis Hammonis templum cum arietinis cornibus simulacro facto constituit . arietem inter sidera figurauit, ita ut cum sol in eius foret signo, omnia nascentia recrearentur, quae ueris tempore fiunt, hac re maxime, quod illius fuga Liberi recreauit exercitum . praeterea XII signorum principem uoluit esse, quod illius optimus exercitui fuerat ductor . sed de Hammonis simulacro Leon, qui res Aegyptias conscripsit, ait: Cum Liber Aegyptum et reliquos fines regno teneret et omnia primus hominibus ostendisse diceretur, Hammonem quendam ex Africa uenisse et pecoris multitudinem ad Liberum adduxisse, quo facilius et eius gratia uteretur et aliquid primus inuenisse diceretur . itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse, qui est contra

D 5 'qui' deletum est | 20 hamonis. — G 1 amodes | 5 uenisse | 6 peruenit errans | 7 sibi praesidium | fuerunt | 15 duxit | hamonis | 17 signo foret | 18 confiunt | 19 propterea | 20 ductus fuerat | 21 conscripserat | 22 regnum | 23 ostendere | 24 duxisse. — N 1 hammodes | 5 cogitant quid agerent | 11 qui consecuti | 20 fuerit | 21 scripsit.

1 ammodes D uulg. Hammodes . graece ἀμμώδης dicitur | 3 faciendum esse necessario D G N | 5 dum etc. D G uulg. quid agerent dum | 6 fortuitu D G N fortuito Sch. | seorsum scripsi pro 'eorum' ex sententia Sch. | 9 ut etc. haec prouerbii locum obtinent, ut ait M. cf. Ter. Eun. 3, 2, 38 | 10 sciendum est in G semper scribi hammon uel hamon, in D autem ammon, hammon, hamon . scripsi ubique Hammon | 11 sec. D G uulg. consecuti | 12 is D ut supra cp. 17 | 13 rec. corp. D G N uulg. corporibusque recuperatis . sed pro recuperatis fortasse legendum est 'recuratis' uel quod Susius inuenit in Ms. 'recreatis' recreare est etiam in sqq. | 14 nunt. D G uulg. nunciauerunt | 15 ammonis D N | 18 fiunt D N uulg. confiunt | liber G N | 20 ille, 2 Voss. | fuerat D G uulg. fuerit.

Sed de eius solutione haec memoriae prodita est causa . cum Iuppiter Thetidis conubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque a uirgine timida impetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur cecinisse fata, quae perfici natura uoluit rerum . dixerunt enim, quicumque Thetidis fuisset maritus, eius filium patria fore laude clariorem; quod Prometheus non uoluntate, sed necessitudine uigilans, auditum Ioui nuntiauit . qui ueritus id, quod ipse Saturno patri fecisset in simili causa, ne patrio regno priuaretur, coactus destitit Thetin uelle ducere uxorem, et Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam eumque uinculis liberauit . neque id, quod fuerat iuratus, remisit, uacuum omni alligatione futurum; sed memoriae causa ex utraque re, hoc est lapide et ferro, digitum sibi uinciri iussit . qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo uiderentur, anulos lapide et ferro conclusos habere coeperunt . nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se uictorem inpune peccasse diceret . itaque homines in maxima laetitia uictoriisque coronas habere instituerunt; id exercitationibus et conuiuiis perspicere licebit.

Sed potius ad initium causae et interitum aquilae reuertamur. Hercules missus ab Eurystheo ad Hesperidum mala, nescius uiae deuenit ad Promethea, quem in Caucaso monte uinctum fuisse supra ostendimus . a quo uia demonstrata, uictor iam ad eum iter facere contendit, ut et draconem, de quo ante diximus, interfe-

D 9 patri | 13 uincciri | 19 sed opinio ad | reuertatur | 20 poma | 22 uictoriae dum iter facere. — G 1 tradita | 15 Non nulli | 17 laeticia | statuerunt | 22 uictoriae dum iter faceret contendit ut aquilam de qua. — N 2 pulcritudine | 3 timida uirgine | 7 necessitate | 9 patris | 10 merito meritam | 16 impune | 17 leticia | constituerunt | 19 Sed opinor ad inicium cause | 21 uinctum om. | 22 diximus | uictoria ad eum iter.

---

1 cf. Myth. Uat. II, 64 sq. et quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 54 | 2 con. uulg. connubium; omittunt hoc uocabulum D G N | 3 uirg. tim. D G uulg. tim. uirg. | 6 patria D G N uulg. patro | 8 ne etc. uulg. 'ne patris regno priuatus cogeretur, destitit' nec meliora praebent D G N . emendaui ex 1 Voss. | 9 thetin D N thetim G | 10 ret. D G N rettulit U | 13 uincire N aliique . uidetur legendum 'sibi uincire' uel 'ipsi uinciri' | 18 exerc. D G uulg. 'in exerc.' supra p. 19 quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest | 19 potius G uulg. opinor . mihi aliquando in mentem uenerat 'protinus' | 20 mala G N idem habet Myth. Uat. II, 64 qui hinc sua sumpsit | 22 ostend. D G uulg. diximus | uictor etc. uulgo 'uictoriae, dum iter faceret, contendit.' Micyllus sic 'partaque uictoria ad eum iter facere contendit' . emendaui ex sententia M. | 23 ut aquilam de qua ante diximus interfectam diceret, H; sed lectio uulgata non mutanda est.

ctum diceret, et gratiam pro beneficio referret . nam confestim honorem quem potuit, reddidit merenti* qua dimissa, homines instituerunt, ut hostiis immolatis iocinera consumerent in deorum altaribus, ut exsaturare eos pro uisceribus Promethei uiderentur.

Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Ioui fecerunt, quo Aesculapium interfectum complures dixerunt . hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse . cum autem Iuppiter ignouerit filio, ipsam sagittam uento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur . hanc igitur ob causam inter sidera demonstrant.

XVI AQUILA. Haec est quae dicitur Ganymedem rapuisse et amanti Ioui tradidisse; hanc etiam Iuppiter primus ex auium genere sibi delegisse existimatur . quae sola tradita est memoriae contra solis exorientis radios contendere uolare . itaque supra Aquarium uolare uidetur; hunc enim conplures Ganymedem esse finxerunt . nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse, qui Coum insulam tenuerit regno, et a filiae nomine Coon et homines ipsos a se Meropas appellaret . hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Ethemeam, genere nympharum procreatam . quae cum desierit colere Dianam, ab ea sagittis figi coepit . tandem a Proserpina uiuam ad inferos abreptam esse . Meropem autem desiderio uxoris permotum, mortem sibi consciscere uoluisse; Iunonem autem misertam eius in aquilam corpus eius conuertisse et

D 2 Qua de missa | 8 apollinen | 16 ganymeden | 20 echemeam | 21 tandem proserpina | 22 Meropam. — G 2 merenti reddidit . qua admissa | 10 hanc autem ob | 15 contendere uolantem | 17 esse | 18 choum | 21 a proserpina tandem | 22 raptam. — N 2 Qua demissa | 5 Ut om. | 11 monstrant | 13 tradidisse dicitur 16 quam plures | 17 meropen | 20 nimpharum genere | 22 ad inferos esse raptam | meropen | 23 sibi om. | 24 eius corpus.

2 merenti . deesse quaedam uidentur; fortasse legendum est: merenti et aquilam cor eius exedentem interfecit, cf. Myth. Uat. II, 1. c. | qua dim. lectio corrupta est . quo dimisso H aliique . hoc sane melius est | 3 iocinera D N idem h. l. etiam G habet; uulg. iocinora | 4 saturare U; M. coni. ut eis (i. e. iocineribus) saturare eos | 5 Ut in D deletum est | 6 qui etc. Hyg. Myth. cp. 49; Catast. 29 | 12 ganimeden D ganimedem G N cf. Neue, Form. I, 318 | 13 primum D G N | 15 ualere U. infra cp. 18 cum ad caelum contenderet euolare | 16 conpl. D | ganimedem G N | 18 coum D H uulg. Coon., quemadmodum in sqq. scribitur | 19 Meropas, cf. Hom. hymn. Apoll. 42; Quintil. 8, 6, 71 | Sch. uult appellarit . quod probandum uidetur . similis error est in D G infra cp. 17 | 20 Ethemeam aliunde non noui | 21 M. uult desiisset ex 3 Ul. | 21 uulg. tandemque a Pr. uiua ad inf. abrepta est.

inter sidera constituisse, ne, si hominis effigie eum constitueret, hominis memoriam tenens, coniugis desiderio moueretur. Aglaosthenes autem qui Naxica scripsit, ait Iouem Crete subreptum, Naxum delatum et ibi esse nutritum . qui postquam peruenerit ad uirilem aetatem et uoluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam; quo auspicio usum esse et eam inter astra collocasse . nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Ueneris inductum in amorem incidisse; et cum ei copia non fieret , animo, ut contumelia accepta, defecisse. Iouem autem misertum eius, cum Uenus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, quae soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet; quem persequens Uenus ad cupientem sui peruenit . qui copia facta, pro beneficio aquilam in mundo locauit.

XVII DELPHIN. Hic qua de causa sit inter astra collocatus, Eratosthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum, quo tempore uoluerit Amphitriten ducere uxorem, et illa cupiens conseruare uirginitatem fugerit ad Atlanta, complures eam quaesitum dimisisse, in his et Delphina quendam nomine . qui peruagatus insulas, aliquando ad uirginem peruenit eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administrauit . pro quo facto inter sidera Delphini effigiem collocauit . et hoc amplius: qui Neptuno simulacra faciunt, delphinum aut in manu, aut sub pede eius constituere uidemus; quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur . Aglaosthenes autem, qui Naxica conscripsit, Tyrrhenos ait fuisse

D 3 naxia | 7 anapladen | 11 amithonea | 13 cupiditatem | 15 DELFIN | 17 amphytriten | 19 is | delfina. — G 1 sydera collocasse | 3 conscripsit | 'ait Iouem' om. | 6 sydera | 10 corpus ablueret flumine | 11 amytheonea | 13 superuenit | 14 collocauit | 15 Hic om. | collocatus inter astra | 16 dicit cum ceteris | 21 eorum nuptias amministrauit | 22 collocatum | 23 simulacrum faciunt delphini | 25 Aglaosthenes om. — N 1 collocaret | 7 locasse . Nonnulli autem | 8 pulcritudine | 11 amitonea | 17 amphitritem.

2 hominis D uulg. nihilominus | 3 crete D N Cretae; M uoluit Creta | subr. D surr. G N | 6 ausp. i. e. obuolasse in augurium, ut ait Seru. Aen. 1, 394 | 7 Anapl. huius alii non meminerunt | 9 animo H N uulg. animum | 11 Amyth. fortasse legendum est Ammoniam | 12 quem. fortasse legendum est quam ita ut ad aquilam referatur | 14 loc. D N uulg. colloc. | 15 Delphin G uulg. Delphinus | 16 cum ceteris . sic supra cp. 9 et aliis locis | 17 amphitriten G uulg. Amphitritem | seruare G N | 18 fug. N fugeret D G; de qua re paulo antea dixi | 18 perperam D G N quaesitam | 24 uidentur, 1 Voss. 25 Tyrrh. etc. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 134.

quosdam nauicularios, qui puerum etiam Liberum patrem receptum, ut Naxum cum suis comitibus trauectum redderent nutricibus nymphis; a quibus eum nutritum et nostri in progenie deorum et conplures Graeci dixerunt . sed ut ad propositum reuertamur, nauicularii spe praedae inducti, nauem auertere uoluerunt . quod Liber suspicatus, comites suos iubet symphoniam canere; quo sonitu inaudito Tyrrheni cum usque adeo delectarentur, ut etiam in saltationibus essent occupati cupiditate, se in mare inscii proiecerunt et ibi delphini sunt facti . quorum cogitationem cum Liber memoriae hominum tradere uoluisset, unius effigiem inter sidera collocauit . alii autem dicunt hunc esse delphina, qui Ariona citharoedum ex Siculo mari Taenarum trauexit . qui cum ceteros artificio praestaret et circum insulas quaestus causa uagaretur, seruuli eius arbitrati plus in perfidiosa libertate commodi, quam in placida seruitute esse, cogitare coeperunt, ut domino in pelagus proiecto, bona eius inter se partirentur . qui cum cogitationem eorum sensisset, petiit, non ut dominus a seruis et innocens ab improbis, sed ut parens a filiis, ut se liceret ornare, qua saepe uicerat ueste, quoniam nemo esset alius, qui ut ipse suum questu prosequeretur euentum . quod cum inpetrasset, cithara sumpta, suam coepit deflere mortem; quo sonitu ducti delphines e toto mari pronatant ad Arionis cantum . itaque deorum inmortalium potestate inuocata, super eos se deiecit; quorum unus Ariona exceptum pertulit ad Taenarium litus . cuius memoriae causa quae ibi statua statuta est Arionis, in ea delphini simulacrum adfixum

D 3 nostra | 19 qui om. | 21 delphini se toto. — G 5 nauim | 8 in om. | inessent | cupiditate saltandi inscii in mare se pr. | 21 e om. — N 1 etiam om. | 7 usque eo | 8 in saltationibus etiam | mari | 11 hunc om. | 18 sepe fuerat ueste | 25 in ea om.

1 M. coni. etiamnum | rec. lectio corrupta est, uel in iis quae antecedunt sic est legendum: a quibus puerum | 2 trauectum D uulg. transuectum . traueho dictum est, ut alii traicio, trano, tramitto dicunt | 3 nostri opponuntur Graecis; cf. infra cp. 21. supra cp. 14 plenius dicitur 'apud nostros scriptores' cf. Cic. Tusc. 1, 1 sq. | in pr. deorum i. e. in libris qui inscripti erant Genealogiae, ut iam supra dixi in Prolegg. | deorum D N uulg. deorum esse | 4 conpl. D uulg. compl. | 6 symphonia D N | 8 cup. D N uulg. cupiditate saltandi | insc. pr. D N uulg. pr. inscii | 11 alii etc. Nomina eorum, qui similia tradiderint, posui ad Hyg. Myth. cp. 194 | 12 trauexit D transuexit G N et sic uulgo scribunt | 17 petit D G N | 17 et ut inn. 8 Ul. | 18 ornatum D N ornare G | 19 ueste . ut ait Ouid. Fast. 2, 107 fuit palla bis tincta Tyrio murice | questu D N uulg. quaestu | 20 euentum i. e. uitae finem . sic Horat. A. P. 148 | inp. D imp. G N | 22 pronatare uox rara est | 25 uulg. 'ibi statua est' in aliis est: ibi statuta est . quod dedi, habet N atque idem coniecerat Sch; in D lectio uulgata mutata est in 'ibi cum statua arionis delfini' | 25 uulg. simulachrum | adf. D aff. G N.

uidetur; pro qua re inter sidera ab antiquis astrologis est figuratum . serui autem, qui se putabant seruitute elapsos, tempestate Taenarum perducti, a domino conprehensi, non mediocri supplicio sunt affecti.

XVIII EQUUS. Hunc Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium dixerunt; qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens saxum, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus . alii dicunt, quo tempore Bellerophontes ad Proetum Abantis filium, Argiuorum regem, deuenerit, Antiam regis uxorem hospitis amore inductam, petisse ab eo, uti sibi copiam faceret, promittens ei coniugis regnum . quod cum inpetrare non potuisset, uerita, ne se ad regem criminaretur, occupat: eum sibi uim adferre uoluisse Proeto dicit . qui quod eum dilexerat, noluit ipse supplicium sumere, sed quod ei Pegasum equum esse sciebat, mittit eum ad Iobatem, Antiae patrem, quam alii Sthenoboeam dixerunt, ut ille filiae pudicitiam defendens, Bellerophontem obiceret Chimaerae, quae eo tempore Lyciorum agros flamma uastabat . unde uictor effugiens, post fontis inuentionem cum ad caelum contenderet euolare, neque longe iam abesset, despiciens ad terram, timore permotus decidit ibique perisse dicitur . equus autem subuolasse et inter sidera ab Ioue constitutus existimatur . alii non criminatum ab Antia, sed ne saepius audiret quod nollet, aut precibus eius moueretur, profugisse Argis dixerunt. Euripides autem in Melanippa Melanippen, Chironis Centauri filiam, Thetin antea appellatam dicit . quae cum aleretur

---

D 13 'qui' deletum est | 15 iobantem | 17 bellorofontem. — G 2 putarant | 9 belloforons | 11 quae | 13 uoluisse afferre | 15 iubante | 17 bellophorontem | 19 uolare | 22 Alii autem. — N 1 quare ab antiquis astrologis est figuratum inter sidera | 5 quam plures | 11 regnum coniugis | 13 Que cum. | 15 mittit ad aliobantem antie regine patrem | 17 bellorophontem | 24 melanippa ipsam hypen chironis.

---

2 putarant in D corr. in 'putabant' sed nec illud spernendum est | 5 Cap. XVIII Ar. Phaen. 205; Catast. 18; Schol. Germ. 204 sqq. | 8 alii, cf. Hyg. Myth. cp. 57 | 10 petisse D G N uulg. petiisse | 11 quod D uulg. Quae | 12 inp. D G imp. N | pot. D G N uulg. posset | ad pro apud; de qua re dixi in Prolegg. | 13 adf. D uulg. afferre | 14 uulg. quod aequum esse . emendaui ex N. in G est 'quod equum esse' et suprascriptum est 'iustum' in D equum corr. in 'eum' | 15 apud Hyg. Myth. l. c. ex cod. Frising. scribendum est Iobaten | 17 ob. D G N uulg. obiiceret | 18 uulg. profugiens, quod in D corr. in effugiens | 19 celūm D G N h. l. et alibi, uulg. coelum | cont. euol. cf. supra cp. 16 | 24 melanippa D G N uulg. Menalippa, cf. Hyg. Myth. cp. 186 | hippen D hipen G; scribendum uidetur Melanippen, cf. Catast. et Schol. Germ. l. c. | 25 tean N thean D G et sic uulgo scribunt. Micyllum aliosque secutus scripsi Thetin.

in monte Pelio, et studium in uenando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo Hellenis filio Iouis nepote persuasam concepisse; cumque iam partus adpropinquaret, profugisse in siluam, ne patri, cum uirginem speraret, nepotem procreasse uideretur . itaque cum parens eam persequeretur, dicitur petisse a deorum potestate, ne pariens a patre conspiceretur . quae deorum uoluntate postquam peperit, in equam conuersa, inter astra est constituta . nonnulli eam uatem dixerunt fuisse; sed quod deorum consilia hominibus sit enuntiare solita, in equam esse conuersam . Callimachus autem ait, quod desierit uenari et colere Dianam, in quam supra diximus speciem, eam Dianam conuertisse . haec dicitur etiam hac re non esse in conspectu Centauri, quem Chirona esse nonnulli dixerunt, et etiam dimidiam apparere, quod noluerit sciri se feminam esse.

XIX DELTOTON. Hoc sidus quod ut littera est graeca in triangulo posita, itaque appellatur . quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, et Iouis nomine graece *Διός* primam litteram deformaret . nonnulli Aegypti positionem; alii, qua Nilus terminaret Aethiopiam et Aegyptum dixerunt . alii Siciliam figuratam putauerunt; alii, quod orbem terrarum superiores trifariam diuiserunt, tres angulos esse constitutos dixerunt.

XX ARIES. Hic existimatur esse, qui Phrixum et Hellen transtulisse dictus est per Hellespontum . quem Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem; de qua alibi plura dicemus . sed Hellen decidisse in Hellespontum, et a Neptuno conpressam Paeona procreasse conplures, nonnulli Edonum dixerunt . praeterea Phrixum incolumem ad Aeetam peruenisse, arietem Ioui

D 4 et nepotem | 11 spetiem diximus | 17 harietis | 18 grecidios | 19 alii quod nilus | 28 oetam. — G 3 apropinquaret | 5 dicitur illa | 7 collocata | 8 dixerunt uatem | 9 enuntiare sit | 11 etiam dicitur | 13 non nulli | sciri om. | 15 Delton | 16 Itaque apellata est | 17 estimatur | 18 dios | 28 incolomem | etam. — N 9 nunciare | 10 in quam speciem diximus | 13 et om. | 15 sidus uelut litera | 18 nomine ud egre dios.

3 adp. D app. N | uulg. syluam | 5 dic. D N uulg. dicitur illa | 9 en. D G uulg. enunciare | 11 dix. spec. G uulg. spec. dix. | 13 et eam dim. 1 Voss. | 14 fem. D G uulg. foem. | 15 quod ut D G uulg. uelut | littera D G uulg. litera | 16 ita, 2 Voss. | 18 in iouis. 1 Voss. | 19 litt. D G uulg. literam | 21 superiores sunt qui ante nos uixerunt | 22 diuiserint O | 23 Cap. XX Ar. Phaen. 235 sqq; Catast. 19. similia alii prodiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 3 | et hellen tr. G uulg. transtulisse et Hellen | 26 conpr. D compr. G N | 27 conpl. D compl. G N | edonum D uulg. Hedonum . *Ἠδωνός* nomen uirorum fuit.

inmolasse, pellem in templo fixisse et arietis ipsius effigiem ab Nube inter sidera constitutam, habere tempus anni, quo frumentum seritur; quod id Ino tostum seuerit ante, quae maxime fugae fuit causa. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse et Phrixo memoriae causa dedisse, ipsum ad sidera peruenisse, quare, ut supra diximus, obscurius uideatur . hunc autem nonnulli dixerunt in oppido Orchomeno, quod est in Boeotia, natum; alii in Salonum Thessaliae finibus procreatum . alii dicunt Crethea et Athamantem cum aliis conpluribus Aeoli filios fuisse; nonnulli etiam Athamantis filium Salmonea esse Aeoli nepotem dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt . hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam, in amorem incidisse, neque ab eo, ut sibi copiam faceret, inpetrare potuisse . itaque necessario coactam, criminari eum ad Crethea coepisse, quod diceret ab eo uim sibi pene allatam, et horum similia mulierum consuetudine dixisse . quo facto Crethea ut uxoris adamantem et regem decebat, permotum, Athamanti ut de eo supplicium sumeret persuasisse. Nubem autem interuenisse, et ereptum Phrixum et Hellen eius sororem in ariete inposuisse et per Hellespontum quam longissime possent profugere iussisse. Hellen decidisse et ibi debitum naturae reddidisse, et ex eius nomine Hellespontum appellatum. Phrixum Colchos peruenisse et, ut ante diximus, arietis interfecti pellem in templo fixisse . ipsum autem a Mercurio ad Athamantem esse reductum, qui patri satis fecerit, eum innocentia confisum profugisse. Hermippus autem dicit, quo tempore Liber Africam oppugnauerit, deuenisse cum

---

D 2 hominum quo | 8 salenum | 10 athemantem | salmone aeoli | 19 eius hellem | 21 Hellem | 22 colcos. — G 3 ideo quod ortum | causa fuit | 4 et eratostenes | 6 qua re | 9 fuisse filios | 10 etiam et | salonem | 12 braciden | 13 decidisse | 17 amatorem | 19 eius sororem hellen | 21 naturae soluisse | 22 cholcos | 26 expugnauerit. — N 3 ideo quod hortum | 9 'et Athamantem . . . etiam' om. | 10 salmonem eoli | 17 amantem | 19 eius hellen | posuisse | 21 et om. | 21 esse om.

---

1 inm. D imm. G N | 2 quo tempore, 1 cod. St. cf. infra lib. III, 5 | 3 quod etc. scripsi ex sententia M. quae firmatur iis quae leguntur ap. Hyg. Myth. cp. 2; uulg. ideo quod hortum. In D est 'ideo quod tostum' sed tostum temere corr. in ortum. Susius inuenit in Ms. quod Ino tostum | 6 supra, cp. 19 | uideatur carens pelle, 1 Ul; carens pelle lucente H | 7 orchomeno D uulg. Orchomenio | boetia D N h. l. et alibi | 9 conpl. D compl. G uulg. pluribus | 10 nonnulli . . . dixerunt . haec huc non pertinere uidentur | 12 corpore i. e. corporis pulchritudine | 14 inp. D imp. G N | ad pro apud, cf. supra cp. 18 | 17 adamantem D uulg. amantem, cf. Hyg. Myth. cp. 47 | 19 ariete D arietem G N et sic uulgo scribunt | 20 possent scripsi ex G uulg. posset | 25 confixum D N.

exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Ammodes est appellatus . itaque cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessario faciendum esse uidebat, accessit eo, ut aquae maxima penuria esset; quo facto exercitus ad defectionem maximam uenire cogebatur . qui dum quid agerent cogitant, aries quidam fortuitu ad milites seorsum errans peruenit; quos cum uidisset, fuga praesidium sibi parauit . milites autem, qui eum fuerant conspicati, etsi puluere et aestu pressi uix progrediebantur, tamen ut praedam ex flamma petentes, arietem sequi coeperunt usque ad eum locum, qui Iouis Hammonis postea templo constituto est appellatus . quo cum peruenissent, arietem quem secuti fuerant, nusquam inuenire potuerunt; sed quod magis his fuerat optandum, aquae magnam copiam in eo loco nacti sunt, recuperatisque corporibus Libero statim nuntiauerunt . qui gauisus ad eos fines exercitum deduxit et Iouis Hammonis templum cum arietinis cornibus simulacro facto constituit . arietem inter sidera figurauit, ita ut cum sol in eius foret signo, omnia nascentia recrearentur, quae ueris tempore fiunt, hac re maxime, quod illius fuga Liberi recreauit exercitum . praeterea XII signorum principem uoluit esse, quod illius optimus exercitui fuerat ductor . sed de Hammonis simulacro Leon, qui res Aegyptias conscripsit, ait: Cum Liber Aegyptum et reliquos fines regno teneret et omnia primus hominibus ostendisse diceretur, Hammonem quendam ex Africa uenisse et pecoris multitudinem ad Liberum adduxisse, quo facilius et eius gratia uteretur et aliquid primus inuenisse diceretur . itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse, qui est contra

D 5 'qui' deletum est | 20 hamonis. — G 1 amodes | 5 uenisse | 6 peruenit errans | 7 sibi praesidium | fuerunt | 15 duxit | hamonis | 17 signo foret | 18 confiunt | 19 propterea | 20 ductus fuerat | 21 conscripserat | 22 regnum | 23 ostendere | 24 duxisse. — N 1 hammodes | 5 cogitant quid agerent | 11 qui consecuti | 20 fuerit | 21 scripsit.

1 ammodes D uulg. Hammodes . graece ἀμμώδης dicitur | 3 faciendum esse necessario D G N | 5 dum etc. D G uulg. quid agerent dum | 6 fortuitu D G N fortuito Sch. | seorsum scripsi pro 'eorum' ex sententia Sch. | 9 ut etc. haec prouerbii locum obtinent, ut ait M. cf. Ter. Eun. 3, 2, 38 | 10 sciendum est in G semper scribi hammon uel hamon, in D autem ammon, hammon, hamon . scripsi ubique Hammon | 11 sec. D G uulg. consecuti | 12 is D ut supra cp. 17 | 13 rec. corp. D G N uulg. corporibusque recuperatis . sed pro recuperatis fortasse legendum est 'recuratis' uel quod Susius inuenit in Ms. 'recreatis' recreare est etiam in sqq. | 14 nunt. D G uulg. nunciauerunt | 15 ammonis D N | 18 fiunt D N uulg. confiunt | liber G N | 20 ille, 2 Voss. | fuerat D G uulg. fuerit.

Thebas Aegyptias; et qui simulacra faciunt Hammonis, capite cornuto instituunt, ut homines memoria teneant eum primum pecus ostendisse . qui autem Libero factum uoluerunt adsignare, quod non petierit ab Hammone, sed ultro ad eum sit adductum, simulacra illi cornuta faciunt et arietem memoriae causa inter sidera fixum dicunt.

XXI TAURUS. Hic dicitur inter astra esse constitutus, quod Europam incolumem transuexerit Cretam, ut Euripides dicit . nonnulli aiunt, cum Io in bouem sit conuersa, ut Iuppiter ei satisfacere uideretur, inter sidera constituisse, quod eius prior pars appareat ut tauri, sed reliquum corpus obscurius uideatur . spectat autem ad exortum solis; cuius oris effigiem quae continent stellae, Hyades appellantur. Has autem Pherecydes Atheniensis Liberi nutrices esse demonstrat, numero septem, quas etiam antea nymphas Dodonidas appellatas . harum nomina sunt haec: Ambrosia, Eudora, Pedile, Coronis, Polyxo, Phyto, Thyone . hae dicuntur a Lycurgo fugatae et praeter Ambrosiam omnes ad Thetim profugatae, ut ait Asclepiades . sed ut Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradiderunt . quam ob causam ab Ioue his gratia est relata, quod inter sidera sunt constitutae. Pliades autem appellatae sunt, ut ait Musaeus, quod ex Atlante

---

D 8 incolomem | 11 Expectat | 16 ptydile | pulixo phieto thiene | 21 Hyades autem | atlante et aetla. — G 4 hamone | sed ad eum adductum dixerunt . et liberi simulachra cornuta et arietem . . . dixerunt | 12 autem om. | continet stellas | 13 appellamus | 16 Pthidile | Polixo Phieto Thiene . et dicuntur | 21 sunt appellatae | athlante et plione occeani. — N 1 ammonis | 4 adductus | 7 esse om. | 8 transuexit | 16 ptidile | polixo phicto tiene | 17 praeterque | thetin | 20 biis | 21 Hiades autem | athlante et acthla.

---

2 homines . in D supra e adicitur i | memoria D G | 3 ads. D ass. G N 4 add. D G uulg. adductus; sed referri debet ad pecus | sim. etc. D N uulg. Liberi cornuta simulacra fecerunt . . . dixerunt | 5 illius U | 7 Cap. XXI Ar. Phaen. 167 sqq; Catast. 14; Schol. Germ. 172. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 192 | 8 Eur. in Phrixo, cf. Catast. l. c. | 9 Io om. D G N | 11 obsc. uid; propter femineum sexum, ut ait Schol. Germ. l. c. | 12 solis D uulg. solem | 16 uulg. Phesyle; scripsi Pedile ex Hesychio . idem uelle uidentur D G N | uulg. Phaeo; scripsi Phyto ex Hesychio . quod commendare uidentur D G N | uulg. Thyene; M. coni. Dione, St. Thyone . cf. Eckermann, Mythol. II p. 28 | hae etc. hinc sua sumpsit Myth. Uat. I, 120 sed non omnia recte edidit | 17 thetim D G uulg. Tethyn . Seru. Aen. 1, 744 quae se in pelagus furore praecipitauerunt | 19 uulg. Iunoni; quod dedi, iam uoluit Jacobi, Handwörterbuch der Mythol. p. 472 | tradiderunt iunoni G N | 20 his gratia D G N uulg. gratia eis | 21 Pliades G . perperam in multis libris h. l. est Hyades | museus D G Musaeus N uulg Mnaseas, cf. supra cp. 13 et Prolegg.

et Aethra Oceani filia sint filiae XV procreatae, quarum V Hyades appellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater, a sororibus plurimum dilectus . qui cum uenans a leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamentationibus assiduis permotae, dicuntur interisse; quare eas, quod plurimum de eius morte laborarent, Hyadas appellatas . reliquas autem decem sorores deliberasse de sororum morte et earum septem mortem sibi conscisse; quare quod plures idem senserint, Pliadas dictas . Alexander autem Hyadas ait dictas, quod Hyantis et Boeotiae sint filiae; Pliadas autem, quod ex Plione Oceani et Atlante sint natae . hae numero septem dicuntur, sed nemo amplius VI potest uidere; cuius causa proditur haec, quod de septem sex cum inmortalibus concubuerint, tres cum Ioue, duae cum Neptuno, una cum Marte, reliqua autem Sisyphi fuisse uxor demonstratur. quarum ex Electra et Ioue Dardanum, ex Maia Mercurium, ex Taygete Lacedaemona procreatum; ex Alcyone autem et Neptuno Hyriea, ex Celaeno Lycum et Nyctea natum. Martem autem ex Sterope Oenomaum procreasse, quam alii Oenomai uxorem dixerunt . Meropen autem Sisypho nuptam Glaucum genuisse, quem complures Bellerophontis patrem esse dixerunt . quare propter reliquas eius sorores inter sidera constitutam; sed quod homini nupserit, stellam eius obscuratam . alii dicunt Electram non apparere ideo, quod Pliades existimentur choream ducere stellis; sed postquam Troia sit capta,

D 2 earum hyades | 9 quod hyses PLIADES autem | 10 natae. In numero. — G 2 hias | 6 X | 7 VII | 11 VII | amplius quam | 14 sisiphi uxor fuisse existimatur | 18 Meropem | 21 obscuram | 23 stellae. — N 6 vero X | 7 de suarum morte | 8 senserunt | 9 hiadas | filie nate . Pliades | 10 Oceani om. | 14 fuisse om. | 17 autem om. | 20 sorores eius | 21 quia.

1 Aethra cf. schol. Hom. Il. 18, 486. mira est diuersitas lectionis h. l.; legimus enim in Mss. aethra, electra, plione, plutone . Aethrae nomen adieci ap. Hyg. Myth. cp. 192. quam lectionem h. l. commendare uidentur D N. Aethra scribendum est etiam ap. Myth. Uat. I, 234 pro ethia | fil. XV D G N uulg. quindecim filiae | 7 sororum, Sch. coni. sua etiam | mort. sibi D G N uulg. sibi mortem | 8 plures . Musaeus igitur Pliadum nomen a πλείονες deriuauit | sens. D G uulg. senserunt | pliadas D G N uulg. Pleiadas | 9 sint G N uulg. sunt | 10 pliadas G uulg. Pleiadas | plione D G N uulg. Pleione | oceani D G uulg. Oceani filia | sint D G N uulg. sunt | hae etc. Ouid. Fast. 4, 170 sqq. | 11 pot. uid. D G N uulg. uid. potest | 12 VII. sex G N | cum om. G N | inm. D G imm N | 13 conc. D uulg. concubuerunt | 16 yrea D G N uulg. Hyrea . quod dedi, iam uoluit M. | 18 ux. dix. D G N uulg. dix. ux. | Meropen D N uulg. Meropem | 20 eius sor. D G uulg. sor. eius | 22 pliades D G N uulg. Pleiades | existimantur D N.

et progenies eius quae a Dardano fuerit, sit euersa, dolore permotam ab his se remouisse, et in circulo qui arcticus dicitur, constitisse, ex quo tam longo tempore lamentantem capillo passo uideri; itaque e facto Cometen esse appellatam . sed has Pliadas antiqui astrologi seorsum a Tauro deformauerunt, ut ante diximus, Pliones et Atlantis filias . quae cum per Boeotiam cum puellis iter faceret, Oriona comitatum uoluisse ei uim adferre; illam fugere coepisse, Oriona autem secutum esse annos VII neque inuenire potuisse . Iouem autem puellarum misertum, iter ad astra constituisse, et postea a nonnullis astrologis caudam Tauri appellatas . itaque adhuc Orion fugientes eas ad occasum sequi uidetur . eas stellas nostri Uergilias appellauerunt, quod post uer exoriuntur; et hae quidem ampliorem ceteris habent honorem, quod earum signo exoriente aestas significatur, occidente autem hiems ostenditur, quod aliis non est traditum signis.

XXII GEMINI. Hos conplures astrologi Castorem et Pollucem esse dixerunt; quos demonstrant omnium fratrum inter se amantissimos fuisse, quod neque de principatu contenderint, neque ullam rem sine communi consilio gesserint . pro quibus officiis eorum Iuppiter notissima sidera eos constituisse existimatur . Neptunum autem pari consilio munerasse; nam equos quibus utuntur donauit et dedit potestatem naufragis saluti esse . alii dixerunt Herculem esse et Apollinem; nonnulli etiam Triptolemum,

---

D 2 is | 4 e om. | Pliades | 7 contio nataim | |10 appellatam | 14 hiemp | 23 appollinem. — G 4 cometem | plyadas | 5 formauerunt | 6 plione | 7 eis | in-|ferre | 8 illas | 12 appellarunt | 14 hyemps oritur | 17 demonstrant, om. | 18 amantissimos inter se | 20 inter notissima signa | 22 saluti esse naufragis. — N 2 hiis | 6 plionis | 7 conatum | afferre | 8 annis | 12 dixerunt | 14 hyems | 17 omnium inter se amantissimos fuisse fratres | 20 iupiter.

---

2 is D ut supra cp. 20 et alibi | 3 ex etc. scripsi Micyllum aliosque secutus; uulg. 'et quodam' quod etiam D G N habent | 4 cometen D N uulg. Cometem | pliadas N uulg. Pleiadas | 6 uulg. Pleiones | quae etc. cf. schol. Ap. Rhod. 3, 226; schol. Pind. Nem. 2, 16; Athen. 11, 12 | 7 facerent G N | com. G uulg. concitatum, Sch. aliique 'conatum' D uelle uidetur 'contionatum' | 8 annos VII D G uulg. annis septem . perperam alii legunt 'annis XII' inter quos est U et Myth. Uat. I, 234 | neque D G neque eas N; uulg. neque eam | 9 iter ad astra D uulg. inter astra | 12 nostri, cf. supra cp. 17 | nostri uergilias D G N (in D supra e adicitur i) uulg. Uerg. nostri | 13 quod etc. hinc sua sumpsit Isidor. N. R. cp. 26 | 14 earum D G N uulg. in earum | ex. G N uulg. ex. sole | 17 quos cf. Catast. 10 | 18 cont. . . gess. D G N uulg. contenderunt . . gesserunt | 20 not. D uulg. inter not. de constructione uerbi constituo cf. Gossrau, Gramm. p. 339 | 21 equos D G N uulg. equos his . pronomina saepius omittuntur in hoc libro; de qua re dixi supra p. 2

quem supra diximus, et Iasiona a Cerere dilectos et ad sidera perlatos . sed qui de Castore et Polluce dicunt, hoc amplius addunt, ut Castor in oppido Aphidnis sit occisus, quo tempore Lacedaemones cum Atheniensibus bellum gesserunt . alii autem, cum oppugnarent Spartam Lynceus et Idas, ibi perisse dixerunt . Pollucem ait Homerus concessisse fratri dimidiam uitam; itaque alternis diebus eorum quemque lucere.

XXIII CANCER dicitur Iunonis beneficio inter astra collocatus, quod, cum Hercules contra hydram lernaeam constitisset, ex palude pedem eius mordicus arripuisset; quare Herculem permotum, eum interfecisse . Iunonem autem inter sidera constituisse, ut esset cum duodecim signis, quae maxime solis cursu continentur.

In eius deformationis parte sunt quidam qui Asini appellantur, a Libero in testa Cancri duabus stellis omnino figurati. Liber enim ab Iunone furore obiecto, dicitur mente captus fugisse per Thesprotiam, cogitans ad Iouis Dodonaei oraculum peruenire, unde peteret responsum, quo facilius ad pristinum statum mentis perueniret . sed cum uenisset ad quandam paludem magnam, quam transire non posset, quibusdam asellis duobus obuiam factis dicitur unum eorum deprehendisse et ita esse transuectus, ut omnino aquam non tetigerit . itaque cum uenisset ad templum Iouis Dodonaei, statim dicitur furore liberatus asellis gratiam retulisse et inter sidera eos collocasse . nonnulli etiam dixerunt asino illi, quo fuerit uectus, uocem humanam dedisse . itaque cum postea

---

D 2 amplius credi ut | 3 opido aridinis | 10 et ex | 20 is dicitur. — G 1 iasona | 3 adriadni | lacedemonii | 12 cursum continent | 16 a | 18 mentis statum | 20 transire nequiuisset | 21 depndisse | 24 etiam om. | 25 humanem uocem. N 3 adriadnis | 8 in astris locatus | 19 poruenisset | 25 fuerat | cum om.

1 iasonem D N cf. supra p. 38 | 2 addunt ut . similes constructiones commemoraui supra p. 7 | 3 Aph. uulg. Ariadnis . quod dedi, iam Modius uoluerat . idem nomen restitui ap. Hyg. Myth. cp. 79 | lacedaemones D N uulg. Lacedaemonii . eadem forma, quam posui, uetus schol. Horatii, Isidorus, schol. Statii utuntur | 4 alii cf. Hyg. Myth. cp. 80 | 6 Hom. Od. 11, 303 . eundem locum commemorat Seru. Aen. 6, 121 | 8 Cap. XXIII Catast 11; Schol. Germ. u. 146 | dic. D hic dic. G N et sic uulgo scribunt | 10 quare D G N uulg. qua de re | 12 XII G N | 14 quaedam U aliique | Asini . Iugulae sunt Manilio et Firmico | 15 omnino addidi ex D G N | 16 ab D uulg. a | 20 quib. D de quib. G N et sic uulgo scribunt | as. duob. D G uulg. duobus as. | 21 eorum dep. D G N uulg. dep. eorum | 23 as. D G N uulg. et as. | 24 eos om. D G N | 25 fuerit D G N uulg. fuerat | cum p. D G uulg. postea cum.

cum Priapo contendisse de natura et uictum ab eo interfectum . pro quo Liberum eius misertum in sideribus adnumerasse; et ut sciretur id pro deo, non pro homine timido, quia Iunonem fugerit, fecisse, supra Cancrum constituit, qui eius beneficio fuerat adfixus astris.

Dicitur etiam alia historia de Asellis . ut ait Eratosthenes, quo tempore Iuppiter, bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos conuocasset, 'uenisse Liberum patrem, Uulcanum, Satyros, Silenos asellis uectos . qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, et ita pro se quisque magnum clamorem et inauditum gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint et ita sint superati '. huic similis est historia de bucino Tritonis . nam is quoque fertur, cum concham inuentam excauasset, secum ad gigantas tulisse et ibi sonum quendam inauditum per concham misisse . hostes autem ueritos ne qua esset inmanis fera ab aduersariis adducta, cuius esset ille mugitus, fugae se mandasse, et ita uictos in hostium potestatem peruenisse.

XXIV LEO . HIC dicitur ab Ioue inter astra constitutus, quod omnium ferarum princeps esse existimatur . nonnulli etiam hoc amplius dicunt, quod Herculis prima fuerit haec certatio, et quod cum inermis interfecerit . de hoc et Pisandrus et conplures alii scripserunt . cuius supra simulacrum proxime Uirginem sunt

---

D 18 peruenisse DE LEONE | 19 a. — G 1 natura rerum | et om. | 3 fugere fecerit supra | 8 conuocauit | 10 essent | 'pro se quisque' om. | 11 eorum hostes | 12 et huius | 16 esset om. | 17 ille om. | 22 interficeret | alii conplures. — N 8 volcanum | 11 clamorem inauditum.

---

1 cont. etc. D G N uulg. de natura cont. | natura i. e. membro naturali . eodem sensu est apud Apuleium. Lact. Firm. 1, 21 inter eum Priapumque ortum esse certamen de obscoeni membri magnitudine, Priapum uictum et iratum interemisse uictorem | 2 adn. D annumerasse G N . infra cp. 36 hoc uerbum cum datiuo coniungitur . fortasse h. l. illud 'in' ortum est ex ultima littera uocabuli antecedentis | 4 eius D H N deae G et sic uulgo scribunt . sermo est de Iunone | 5 adf. D aff. G N | 7 quo etc. Hyginum secutus est Myth. Uat. I, 11 | 8 conu. D N uulg. conuocauit | 12 Huic D N uulg. Huius | 13 bucino D bucina G N uulg. buccina | 14 concam D N h. l. et in sqq. | gig. D N uulg. gigantes | 15 son. D sonitum G N et sic uulgo scribunt | 16 inm. D G imm. N | 18 potestate D G | 19 Cap. XXIV Catast. 12, Schol. Germ. 148 sqq. | ab G uulg. a . in D h. l. 'ab' temere mutatum est | 'inter astra' addidi ex G | 23 cuius etc. cf. Catull. c. 66; Plin. H. N. 2, 70 | supra om. G N, in D temere deletum est, cf. Catast. l. c. | proxime etc. scripsi ex codd. Ul., monente M. idem in D temere mutatum est; uulg. 'proximum est uirgini . Sunt' quod etiam G praebet.

aliae VII stellae ad caudam Leonis in triangulo collocatae, quas crines Berenices esse Conon Samius mathematicus et Callimachus dicit . cum Ptolomaeus Berenicen Ptolomaei et Arsinoes filiam sororem suam duxisset uxorem, et paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset, uouisse Berenicen, si uictor Ptolomaeus redisset, se crinem detonsuram; quo uoto damnatam crinem in Ueneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo, eumque postero die non comparuisse . quod factum cum rex aegre ferret, Conon mathematicus ut ante diximus cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter sidera uideri collocatum et quasdam uacuas a figura septem stellas ostendit, quas esse fingeret crinem . hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere et ad Olympia mittere consuetam fuisse . alii dicunt hoc amplius Ptolomaeum Berenices patrem, multitudine hostium perterritum, fuga salutem petisse; filiam autem saepe consuetam, insiluisse in equum, et reliquam exercitus copiam constituisse, et conplures hostium interfecisse, reliquos in fugam coniecisse; pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit. Eratosthenes autem dicit et uirginibus Lesbiis dotem quam cuique relictam a parente nemo soluerit, iussisse reddi, et inter eas constituisse petitionem.

XXV UIRGO. Hanc Hesiodus Iouis et Themidis filiam dicit; Aratus autem Astraei et Aurorae filiam existimari, quae eodem tempore fuerit cum aurea saecula hominum, et eorum principem fuisse demonstrat . quam propter diligentiam et aequitatem Iustitiam appellatam; neque illo tempore ab hominibus exteras nationes

---

D 7 zephiritidis | 16 copiam exercitus | 19 solueret | 20 petitionem . DE VIRGINE. — G 6 dampnatum | 7 Zephinitidis | die postero | 15 prosiluisse | 19 lespiis | 20 peticionem | 21 thetidis | 22 aristei | 24 iusticiam. — N 7 Zephintidis | 10 collocatum uideri.

---

2 Ber. in D semper uocatur berenice, in G beronice, cf. Neue, Form. I p. 50. in D est genit. berenicis, in G N beronices | 3 uulg. Ptolemaeus uocatur h. l. et in sqq. in D legimus ptolomeus, ptolemeus, tolemeus; in G N ptolomeus, cf. Brambach, Neugestaltung der lat. Orthographie p. 105 | berenicem D N beronicem G. sed in sqq. in D N est berenicen | Ars. cf. Catull. u. 54 l. c. | 4 As. opp. Catullus: Assyrios fines uastatum | 6 cr. detons. D G N uulg. detons. cr. | 7 eosque D G | 9 ut ante diximus conon math. D G N | 11 VII G N | 15 ins. D U uulg. insiliisse | 16 conpl. D uulg. compl. | 18 magn. ita etiam Catull. u. 26 l. c. eam appellat | De uirginibus Lesbiis earumque dote nihil apud alios scriptores repperi | 19 solu. G uulg. solueret | 21 Cap. XXV Hes. Theog. 901; Ar. Phaen. 96 sqq; Catast. 9; Schol. Germ. u. 95 | dixit D H | 22 quae D uulg. quod | 23 saec. uulg. secula.

bello lacessitas esse, neque nauigio quemquam usum, sed agris colendis uitam agere consuesse . sed post eorum obitum qui sint nati, eos minus officiosos, magis auaros coepisse fieri; quare minus Iustitiam inter homines fuisse conuersatam . denique causam peruenisse usque eo, dum diceretur aeneum genus hominum natum . itaque iam non potuisse pati amplius et ad sidera euolasse . sed hanc alii Fortunam, alii Cererem dixerunt, et hoc magis non conuenit inter eos, quod caput eius nimium obscurum uidetur . nonnulli eam Erigonen Icari filiam dixerunt, de qua supra diximus . alii autem Apollinis filiam ex Chrysothemi natam, et infantem Parthenon nomine appellatam; eamque, quod parua interierit, ab Apolline inter sidera collocatam.

XXVI SCORPIUS. Hic propter magnitudinem membrorum in duo signa diuiditur, quorum unius effigiem nostri Libram dixerunt . sed omnino totum signum hac de causa statutum existimatur: quod Orion cum uenaretur, et in eo exercitatissimum se esse confideret, dixisse etiam Dianae et Latonae se omnia, quae ex terra oriantur, interficere ualere . quare Terram permotam, Scorpionem misisse, qui eum interficere monstratur . Iouem autem utriusque animum admiratum, Scorpionem inter astra conlocasse, ut species eius hominibus documento esset, ne quis eorum aliqua re sibi confideret . Dianam autem propter studium Orionis petisse ab Ioue, ut idem illi beneficium daret petenti, quod Terrae ultro tribuisset . itaque eum ita constitutum, ut, cum Scorpius exoriatur, occidat Orion.

XXVII SAGITTARIUS. Hunc complures Centaurum esse dixerunt; alii autem hac de causa negauerunt, quod nemo Centaurus sagittis sit usus . hic autem quaeritur, cur equinis cruribus

---

D 2 consuisse | 11 partenon | 12 appolline | collocata . DE SCORPIONE | 21 spetles | 24 ita om. | 25 orion . DE SAGITTARIO | 28 queritur qu ur. — G 2 consueuisse | sunt | 4 esse | 5 eo usque | 6 uolasse | 8 caput om. | 9 erigonē ycari | 16 esse se | 20 animum om.

---

1 usum D G uulg. usum esse | 2 cons. H aliique, uulg. consueuisse | 5 aeneum etc. cf. Ar. Phaen. 129 | 9 eam D G H uulg. etiam | supra p. 36 | 13 Cap. XXVI Ar. Phaen. 85 sqq.; Catast. 7 | 14 unius, perperam om. D G. Chelae Scorpii Libram faciunt, cf. Seru. Ge. 1, 33 | nostri, cf. supra cp. 17 | 15 uulgo sic distinguunt: existimatur; quod | 16 exercitatissimus esse, O | 18 or. D G uulg. exoriantur | 19 monstr. D G uulg. demonstratur | 20 ammiratum G cf. supra cp. 17 | conl. D coll. G | 21 al. D G uulg. de aliqua | 23 ab D G uulg. a | 24 ex. D G uulg. oriatur | 25 occ. orion D G uulg. Orion occidat | 26 Cap. XXVII Ar. Phaen. 306 sqq., Catast. 28., Schol. Germ. 286 sqq. | 28 cur, D uelle uidetur 'quur' de qua forma cf. Brambach, Neugestaltung etc. p. 225 sqq.

sit deformatus et caudam habeat ut Satyri . dicunt enim nonnulli hunc esse Crotum nomine, Euphemes Musarum nutricis filium . ut ait Sositheus tragoediarum scriptor, cum domicilium in monte Helicone habuisse et cum Musis solitum delectari, non numquam etiam studio uenationis exerceri . itaque pro merita diligentia magnam laudem assecutum; nam et celerrimum in siluis et acutissimum in musis factum esse . pro quo studio illius petisse Musas ab Ioue, ut in aliquo astrorum numero eum deformaret . itaque Iouem fecisse; et cum omnia illius artificia uno corpore uellet significare, crura eius equina fecisse, quod equo multum sit usus; et sagittas adiunxisse, ut ex his et acumen et celeritas eius uideretur . caudam satyricam in corpore fixisse, quod iam non minus hoc Croto Musae, quam Liber Satyris sit delectatus . ante huius pedes stellae sunt paucae et in rotundo deformatae, quas coronam eius ut ludentis abiectam nonnulli dixerunt.

XXVIII CAPRICORNUS. Huius effigies similis est Aegipani . quem Iuppiter, quod cum eo erat nutritus, in sideribus esse uoluit, ut capram nutricem, de qua ante diximus . hic etiam dicitur, cum Iuppiter Titanas obpugnaret, primus obiecisse hostibus timorem, qui πανικός appellatur, ut ait Eratosthenes . hac etiam de causa eius inferiorem partem piscis esse formationem, et quod muricibus hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione . Aegyptii autem sacerdotes et nonnulli poetae dicunt, cum complures dii in Aegyptum conuenissent, repente peruenisse eodem Typhona, acerrimum giganta et maxime deorum hostem . quo timore permotos in alias figuras se conuertisse; Mercurium factum esse ibim, Apollinem

---

D 8 eum. om. | 9 ut cum | 11 ut ex istarum acumine et celeritas esse uideretur | 20 paniscos. — G 4 Helicone om. | 14 pedes huius | et om. | 20 paniscuos | 21 deformatione | 26 ybin.

---

2 Crotum, cf. Hyg. Myth. cp. 224 | euphemis D G | 4 non n. G uulg. nonnumquam | 6 uulg. syluis | 7 musis i. e. studiis, uulg. Musis | 8 eum def. G uulg. deformaretur | 9 et cum G uulg. ut cum | 11 sag. D G uulg. sagittas pro ingenio . sed illa 'pro ingenio' glossa esse uidentur | eius G uulg. esse | 12 iam addidi ex D | 13 Croto addidi ex H. idem uoluit Wesseling. l. c. | 14 et in D H uulg. in | 16 Cap. XXVIII Ar. Phaen. et Schol. Germ. 284 sqq., Catast. 27 | 21 et quod D G uulg. quod | mur. D G uulg. muricibus id est maritimis conchyliis . sed ultima uerba ut glossa eicienda sunt | 22 iactione D. fortasse iaculatione | 23 dicunt poetae D G | cum etc. cf. Hyg. Myth. cp. 196 | conpl. de aegypto D, compl. de egipto G | 24 peru. D G uulg. uenisse | acerr. i. e. fortissimum . sic Frontin. strat. 1, 2, 3; Seru. Aen. 1, 220 | 25 hostem D G uulg. inimicum | 26 ibim D uulg. Ibin.

autem, quae Threicia auis uocatur, Dianam aeluro similatam . quibus de causis Aegyptios ea genera uiolari non sinere demonstrant, quod deorum imagines dicantur . eodem tempore Pana dicunt in flumen se deiecisse et posteriorem partem corporis effigiem piscis, alteram autem hirci fecisse et ita a Typhone profugisse . cuius cogitatum Iouem admiratum, inter sidera effigiem eius fixisse.

XXIX AQUARIUS. Hunc conplures Ganymedem esse dixerunt, quem Iuppiter propter pulchritudinem corporis ereptum parentibus, deorum ministrum fecisse existimatur . itaque ostenditur ut aquam aquali infundens . Hegesianax autem Deucaliona dicit esse, quod eo regnante tanta uis aquae se e caelo profuderit, ut cataclysmus factus esse diceretur. Eubulus autem Cecropem demonstrat esse, antiquitatem generis commemorans et ostendens, antequam uinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificiis deorum usos esse, et ante Cecropem regnasse quam uinum sit inuentum.

XXX PISCES. Diognetus Erythraeus ait quodam tempore Uenerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphraten uenisse . eodem loco repente Typhona, de quo supra diximus, apparuisse; Uenerem autem cum filio in flumen se proiecisse et ibi figuram piscium forma mutasse: quo facto, periculo esse liberatos . itaque postea Syros, qui in his locis sunt proximi, destitisse pisces edere, quod uereantur eos capere, ne simili causa aut deorum

---

D 1 treici auis | 5 irci | tiphone | 16 omnibus | 18 erythracus. — G 1 treicia | merulo | 5 hyrci | ita antiphone | 18 Diogetus erithacus | 19 eufraten flumen.

---

1 Thr. auis id est grus, U. recte quidem (cf. Seru. Aen. 10, 265) sed ultima uerba pro glossa accipienda sunt | aeluro i. e. feli . sic corr. St. ex Anton. Lib. cp. 28. in D 'eluro' temere mutatum est in 'merulo' | sim. D simul. G cf. supra p. 32 | 3 quod eorum D G | 5 fortasse legendum est 'ita Typhonem profugisse' ut supra cp. 23 legimus 'quia Iunonem fugerit' et in Myth. cp. 277 in qua Aegyptum fratrem profugit . illud 'a' facile oriri potuit ex uocabulo quod antecedit | 6 inter etc. D G uulg. effigiem eius inter sidera | 8 Cap. XXIX Ar. Phaen. 283 sqq., Catast. 26 | 11 aliquando D aquilo 1 Voss. aliquo G et sic uulgo scribunt . puto legendum aquali h. l. et infra lib. III, 28 | deucalion D G | 12 e. c. D de c. G uulg. de coelo | 13 eubolus D G | 18 Cap. XXX Ar. Phaen. et Schol. Germ. 240; Catast. 21; Ouid. Fast. 2, 459; Hyg. Myth. cp. 197 | diognetus D uulg. Diogenetes . Diognetus fuit etiam dux Erythraeorum, cuius meminerunt Parthen. 9; Polyaen. 8, 36 | Er. ita recte Soter; uulg. Erythracus | 19 euphr. D uulg. Euphratem, cf. Neue, Form. 1 p. 345 | 20 eod. D G uulg. et eodem | Typh. D G uulg. Typh. giganta | 23 in his D G uulg. his | 24 edere D G uulg. esitare.

praesidia inpugnare uideantur, aut eos ipsos captare. Eratosthenes autem ex eo pisce natos hos dicit, de quo posterius dicemus.

XXXI CETUS. De hoc dicitur quod a Neptuno sit missus, ut Andromedam interficeret, de qua ante diximus; sed quod a Perseo sit interfectus, propter inmanitatem corporis et illius uirtutem inter sidera conlocatum.

XXXII ERIDANUS. Hunc alii Nilum, complures etiam Oceanum esse dixerunt. qui autem Nilum uolunt uocari, propter magnitudinem eius et utilitatem aequissimum esse demonstrant, praeterea quod infra hunc quaedam stella sit, clarius ceteris lucens, nomine Canopos appellata. Canopos autem insula flumine adluitur Nilo.

XXXIII LEPUS. Hic dicitur Orionis canem fugere uenantis. nam cum, ut oportebat, eum uenatorem finxissent, uoluerunt etiam significare aliqua de causa; itaque leporem ad pedes eius fugientem finxerunt. quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter cetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in uentre. qui autem ab hac causa dissentiunt, negant tam nobilem et tam magnam uenatorem, de quo et ante in Scorpionis signo diximus, oportere fingi leporem uenari. Callimachum quoque accusari, quod cum Dianae scriberet laudes, eam leporum sanguine gaudere et eos uenari dixisset. itaque Oriona cum Tauro decertantem fecerunt.

Leporis autem hanc historiam memoriae prodiderunt. apud antiquos in insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum ciuitate adolescentium quendam, studio generis inductum, ab ex-

---

D 15 Nam cum opere eum | 22 Callimacus | 25 memoria | aput. — G 2 hos om. | 7 collocatus | 11 eum | a ceteris | 19 causa om.

1 inp. D imp. G | 2 ex etc. i. e. ex pisce illo magno, qui Notius appellatur, cf. infra cp. 41 et Catast. l. c. | hos D uulg. homines | posterius D G uulg. post | 3 in D h. l. est Caetus, aliis locis Cetus | missum, codd. Voss. | 5 sed quod D G uulg. sed | 6 interfectum, 1 Voss. | et D G uulg. et per | 7 conl. D uulg. conlocatus | 8 Hunc etc. spectat ad hunc locum Bocatius, cf. supra p. 8 | 11 propterea D | hunc D uulg. eum | 13 perperam 'abluitur' D G et sic uulgo scribunt | 14 Cap. XXXIII Ar. Phaen. 338 sqq., Catast. 34. quae ap. Schol. Germ. leguntur, ex Hygino immissa sunt | 16 sign. D G uulg. hoc sign. | 20 negant oportere . . . oportere fingi D G. idem uitium in codices schol. Germ. irrepsit | 22 acc. M. coni. accusant | cum etc. i. e. in hymno in Dianam | 23 dixerit, Schol Germ. | 27 gen. est lectio corrupta; 'Veneris' scripsit Eyss. apud Schol. Germ. p. 416. supra p. 30 legimus: studio uenationis inductam.

teris finibus leporem feminam praegnantem attulisse et eius partum diligentissime ministrasse . itaque cum peperisset, compluribus eius ciuitatis studium incidisse et partim pretio, partim beneficio mercatos omnes lepores alere coepisse . ita non longo interuallo tantam multitudinem leporum procreatam, ut tota insula ab his occupata diceretur . quibus cum ab hominibus nihil daretur, in semina eorum impetu facto omnia comederunt . quo facto incolae calamitate adfecti, cum fame forent oppressi, communi consilio totius ciuitatis uix denique eos ex insula abegisse dicuntur . itaque postea leporis figuram in astris constituisse, ut homines meminissent nil esse tam exoptandum in uita, quin ex eo plus doloris quam laetitiae capere posterius cogerentur.

XXXIV ORION. Hunc Hesiodus Neptuni filium dicit ex Euryale Minois filia natum; concessum autem ei, ut supra fluctus curreret ut in terra, quemadmodum Iphiclo datum dicitur, ut supra aristas curreret neque eas infringeret . Aristomachus autem dicit quendam Hyriea fuisse Thebis, Pindarus autem in insula Chio . hunc autem, cum Iouem et Mercurium hospitio recepisset, petisse ab his, ut sibi aliquid liberorum nasceretur . itaque quo facilius petitum impetraret, bouem immolasse et his pro epulis adposuisse . quod cum fecisset, poposcisse Iouem et Mercurium quod corium de boue foret detractum, et quod fecerant urinae in corium infudisse, et id sub terra poni iussisse; ex quo postea natum puerum, quem Hyrieus e facto Uriona appellaret . sed uenustate et consuetudine factum est, ut Orion uocaretur . hic dicitur Thebis Chium uenisse et Oenopionis filiam Meropen per uinum cupiditate incensus conpressisse . pro quo facto ab Oenopione excaecatus et de insula eiectus existimatur Lemnum ad Uulcanum

D 8 partim protio pariter | 10 leporis postea | 15 ut om. | 17 catrea | 19 aliquis | 22 fecerat | 24 catreus | 27 excecatur. | 28 iectus. — G 1 ad eius | partem p̄cio partem | 4 itaque | 6 nich | 11 nich | 12 leticiae | 14 procreatum | 15 phiclo | 17 catharcam | 18 hospicio | 22 quod detractum corium de boue foret | 24 chatreus | uetustato | 26 et ibi enopionis | 28 lemnon.

1 fem. D G uulg. foem. | eius D uulg. ad eius | 4 ita D uulg. itaque, ut paulo antea | 6 a dominis, 1 Ul. aliique | 8 adf. D aff. G | 13 Cap. XXXIV Ar. Phaen. 322 sqq., Catast. 32; Schol. Germ. 331; Ouid. Fast. 5, 493. similia alii tradiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 195 | 16 neque D G uulg. nec | 17 erythrea U; M. scripsit Hyriea, cf. Strab. IX p. 620 | Pind., in dithyrambis, ut ait Strabo l. c. | 21 adp. D app. G | 22 foret D G uulg. fuisset | 24 Ur. cf. Ouid. Fast. l. c., Seru. Aen. 1, 535 | uen. D uulg. uetustate | 25 hic etc. Seru. Aen. 10, 763 | 27 conp. D comp. G.

peruenisse et ab eo quendam ducem Cedaliona nomine accepisse. quem collo ferens dicitur ad Solem uenisse et ab eo sanatus, ut se ulcisceretur, Chium reuertisse. Oenopiona autem a ciuibus sub terra custoditum esse. quem postquam se inuenire posse desperaret Orion, in insulam Cretam peruenisse, et ibi uenari coepisse cum Diana, et ei polliceri quae supra diximus, et ita ad sidera peruenisse. nonnulli autem aiunt Oriona cum Oenopione prope nimia coniunctum amicitia uixisse, et quod ei uoluerit suum studium in uenando probare, Dianae quoque pollicitum quae supra diximus, et ita interfectum. alii dicunt cum Callimacho, cum Dianae uim uoluerit adferre, ab ea sagittis esse confixum et ad sidera propter uenandi consimile studium deformatum. Istrus autem dicit Oriona a Diana esse dilectum et paene factum, ut ei nupsisse existimaretur. quod cum Apollo aegre ferret, et saepe eam obiurgans nihil egisset, natantis Orionis longe caput solum uideri conspicatus, contendit cum Diana eam non posse sagittam mittere ad id, quod nigrum in mari uideretur. quae cum se uellet in eo studio maxime artificem dici, sagitta missa caput Orionis traiecit. itaque eum cum fluctus interfectum ad litus eiecisset, et se eum Diana percussisse plurimum doleret, multis eius obitum prosecuta lacrimis, inter sidera statuisse existimatur. sed quae post mortem eius Diana fecerit, in eius historiis dicemus.

XXXV CANIS. Hic dicitur ab Ioue custos Europae adpositus esse et ad Minoa peruenisse. quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur sanasse et pro eo beneficio canem muneri accepisse, quod illa studiosa fuerit uenationis, et quod cani fuerat datum, ne ulla fera praeterire eum posset. post eius obitum canis ad Cephalum peruenit, quod Procris eius fuerat uxor. quem

D 5 uenare | 6 pollicere | 14 Apollo hec referret | 17 se cum | 20 et multis. — G 1 celadonia | 5 cretam uenit et ibi cum diana uenatus est et ei pollicitus est | 7 'autem aiunt . . . interf. alii' om. | 11 inferre | 15 eam om. | nich | 21 existimatur om. | 24 procis.

1 quemdam D. sed aliis locis idem habet quendam | cedalionem D. *Κηδαλίωνα* restituendum est in Catast. l. c. | 2 'dicitur' addidi ex D G | 4 postquam desp. cf. Zumpt, gramm. §. 507 | 6 supra, cp. 26 | 12 histrius D G uulg. Ister. uide quae supra dixi p. 2 et 5 | 13 pene D G et sic uulgo scribunt | 14 egre G. idem uoluisse uidetur D | 21 sed etc. Bursian putat Hyginum haec imprudenter ex scriptore graeco addidisse | 23 Cap. XXXV Ar. Phaen. 326 sqq., Catast. 33; Schol. Germ. 336; Myth. Uat. I, 233. aliorum scriptorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 189 | adp. D app. G | 25 munere D G.

ille ducens secum Thebas peruenit, ubi erat uulpes, cui datum dicebatur, ut omnes canes effugere posset . itaque cum in unum peruenissent, Iuppiter nescius quid faceret, ut Istrus ait, utrosque in lapidem conuertit . nonnulli hunc canem Orionis esse dixerunt, et quod studiosus fuerit uenandi, cum eo canem quoque inter astra conlocatum; alii autem Icari canem esse dixerunt, de quo ante diximus . quae multa proposita suos habent auctores.

Sed Canis habet in lingua stellam unam, quae ipsa Canis appellatur, in capite autem alteram, quam Isis suo nomine statuisse existimatur et Sirion appellasse propter flammae candorem, quod eiusmodi sit, ut prae ceteris lucere uideatur . itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

XXXVI PROCYON. Hic ante maiorem Canem exoriri uidetur, sed a nonnullis Orionis esse existimatur . hac etiam de causa Procyon est appellatus, sed isdem omnibus historiis quibus superior Canis annumeratur.

XXXVII ARGO. Hanc nonnulli propter celeritatem graece dixerunt Argo appellatam; alii quod Argus eius fuerit inuentor . hanc autem primam in mari fuisse conplures dixerunt, et hac re maxime stellis esse figuratam . hanc nauem factam Pindarus ait in Magnesiae oppido, cui Demetrias est nomen . Callimachus autem in isdem finibus ad Apollinis Actii templum, quod Argonautae

---

D 3 histrius | 4 dixerunt | 10 syrion | 11 ceteras | 12 siriona | 13 Procion | 15 procyon esse | 18 argo dixerunt grece. — G 1 cui datum erat | 3 hystrius | 6 ycari | 7 praeposita | suos om. | 10 candorem flammae quae in eiusmodi signo est | 11 praeter ceteras | Itaque syrion appellasse quo magis eam cognoscerent | 13 Prochion | uidetur a nonnullis autem | 14 esse om. | hac autem de | 15 prochion appellatus | hisdem | 18 dictam | 22 hisdem.

---

1 duc. sec. D G uulg. sec. duc. | uulpis D cf. Neue, Form. I p. 180 | 2 in unum . sic supra cp. 15 carnem in unum compositam | 3 uulg. Ister, ut paulo antea | 4 lapidem D G uulg. lapides | 6 conl. D coll. G | icarii D sed aliis locis in eodem semper legimus icarus, icari etc. cf. supra p. 34 | 8 M. coni. et ipsa | 11 uulg. praeter caeteras . quod dedi, habet Isidorus N. R. 26 et in Origg. III, 70 qui sua ex Hygino sumpsit . idem uoluisse uidetur D | 13 cf. Catast. 42 | uid. fortasse sic legendum est: uidetur; hac etiam de causa Procyon est appellatus . sed a nonnullis Orionis esse existimatur et isdem etc. | 15 isd. D uulg. iisdem | 16 ann. Sch. coni. enumeratur | 17 Cap. XXXVII Ar. Phaen. 342; Catast. 35; Schol. Germ. 305 | propter etc. qui hoc uolunt, Argo ab *ἀργός* dictam putant | 19 conpl. D uulg. compl. | 20 nauem D G uulg. nauim | 21 Magn. legendum arbitror pro 'Magnesia' quod etiam D G praebent | Dem. cf. Plin. H. N. 4, 15 | 22 isd. D uulg. iisdem.

proficiscentes statuisse existimantur in eo loco, qui Pagasae uocatur, ideo quod nauis Argo ibi primum conpacta dicitur, quod est graece παγασαι . Homerus hunc eundem locum in Thessaliae finibus esse demonstrat; Aeschylus autem et nonnulli aiunt a Minerua quandam materiam loquentem eodem esse coniunctam . sed huius non tota effigies inter astra uidetur; diuisa enim est a puppi usque ad malum, significans, ne homines nauibus fractis pertimescerent.

XXXVIII CENTAURUS. Hic dicitur nomine Chiron Saturni et Philyrae filius esse, qui non modo ceteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Aesculapium et Achillem nutrisse existimatur . pietate igitur et diligentia effecit, ut inter astra numeraretur . apud hunc Hercules cum deuerteretur et simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur una earum decidisse supra pedem Chironis et ita eum interfecisse . alii autem dicunt Centaurum miratum, quod tam breuibus sagittis tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum, itaque ex eius manu sagittam prolapsam in pedem eius incidisse . pro qua re Iuppiter eius misertus inter sidera eum constituit cum hostia, quam supra aram tenens immolare uidetur . hunc alii Pholon esse Centaurum dixerunt, eum qui aruspicio praeter ceteros plurimum ualuisset; itaque ad Aram cum hostia uenire Iouis uoluntate figuratum.

XXXIX ARA. In hac primum dii existimantur sacra et coniurationem fecisse, cum Titanas oppugnare conarentur; eam autem Cyclopas fecisse . ab ea consuetudine homines dicuntur in-

---

D 1 pagase | 3 pegasse | 6 nota | 13 numeretur. — G 1 existimantur statuisse | eodem | pegase | 3 pegase | 4 ut nonnulli | 6 est enim | 11 iusticia | esculapiumque | 12 effecit om. | 13 annumeraretur | diuerteret | 15 super | 17 conatum arcum | 20 super | tenens om. | 21 eumque | 26 eaque.

---

1 qui etc. cf. schol. Ap. Rhod. 1, 238 | eadem urbs Pagasa, Pagase, Pagasae dicitur | 2 conp. D uulg. comp. | 3 παγ. lectio corrupta est; M. coni. παγῆναι | 4 et D uulg. ut . similiter infra legimus cp. 40 Istrus autem et complures | 5 Sch. coni. 'eadem' ita ut ad nauem referatur | 7 nau. fr. D uulg. fr. nau. | 9 Cap. XXXVIII Schol. Germ. 291, 417; Ouid. Fast. 5, 379 sqq. | 13 uulg. diuerteretur | 16 breuibus i. e. paruis cf. infra cp. 42; Ouid. Met. 5, 457 | 21 Pholon. Seru. Aen. 8, 294 | eum qui D uulg. eumque | 24 cf. Catast. 39; Schol. Germ. 396 | Cap. XL Ar. Phaen. 444; Catast. 41; schol. Germ. 429; Ouid. Fast. 2, 246 sqq; Myth. Uat. I, 115; Fulgent. Myth. 1, 12.

stituisse sibi, ut cum aliquam rem efficere cogitarent, prius sacrificarent, quam agere incepissent.

XL HYDRA. In qua Coruus insidere et Crater positus existimatur; de qua hanc habemus memoriae proditam causam . coruus Apollinis tutela usus, eo sacrificante, missus ad fontem aquam puram petitum uidit arbores conplures ficorum inmaturas; eas exspectans dum maturescerent, in arbore quadam earum consedit . itaque post aliquot dies coctis ficis, et a coruo compluribus earum comesis, exspectans Apollo coruum uidit cum cratere pleno uolare festinantem . pro quo admisso eius dicitur, quod diu moratus sit, Apollo, qui coactus mora corui alia aqua est usus, hac igitur ignominia eum adfecisse, ut quamdiu fici coquerentur, coruus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus . itaque cum uellet significare sitim corui, inter sidera constituit cratera et supposuit hydram, quae coruum sitientem moraretur . uidetur enim rostro caudam eius extremam uerberare, ut tamquam sinat se ad crateram transire . Istrus autem et complures dixerunt Coronida Phlegyae filiam fuisse; hanc autem ex Apolline Aesculapium procreasse, sed postea Ischyn Elati filium cum ea concubuisse . quod cum uiderit coruus, Apollini nuntiasse; qui cum fuerit antea candidus, Apollinem pro incommodo nuntio eum nigrum fecisse et Ischyn sagittis confixisse.

D 4 memoria | 5 apollonis | 8 aliquod | 11 appollo | qui om. | 15 sicientem | 17 Istrius | coronidam | 19 Ischyn om. — G 1 efficere conarentur | 5 tutela apollinis | ad fontem missus | 9 comestis | 13 habeat illis diebus obtusum | 14 collocauit craterem | 15 subposuit | 16 uerberare . causa hac ut sinat tamquam se ad craterem | 17 Histrius | 19 postea scinealti | 20 antea albus | 21 commodo.

---

6 petitum . sic Hyg. Myth. cp. 169 | arb. etc. ad arbores Hyginus rettulit, quod de ficis erat dicendum | conpl. D uulg. compl. | 9 expectans D G | uidit D G uulg. uidit eum | 10 admisso i. e. peccato . eodem uocabulo saepius utitur Ouidius | fortasse legendum est: eius, quod diu moratus sit, dicitur | 11 apollo D G uulg. Apollinem | 11 hac igitur D uulg. hac | 12 adf. D aff. G | ut etc. cf. Aelian. H. A. 2, 5; Plin. H. N. 10, 15 | quoquerentur D cf. supra cp. 15 | 13 posset D G | 14 crateram h. l. uelle uidetur D. fortasse promiscue dixit Hyginus crater et cratera . cf. Neue, Form. I p. 332 | 17 uulg. Ister, ut supra cp. 34 | Cor. etc. similia alii prodiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 202 | 20 uid. G uulg. uideret | nunt. D G uulg. nunc. | 21 Apollinem addidi ex G | nunt. D G uulg. nuncio | 21 in G imprudenter etiam h. l. ut paulo antea scriptum est 'scynealti filium'. Hoc esset Ischyn Elati filium . ceterum apud Myth. Uat. I l. c. (ubi Maius inuenit in Ms. scin elati) pro 'Elati' scribendum arbitror Ischyn Elati.

De cratera autem hanc historiam Phylarchus scribit. In Chersoneso quae confinis est Troiae, ubi Protesilai sepulcrum statutum conplures dixerunt, urbs Elaeusa nomine dicitur . in qua Demophon quidam cum regnaret, incidit eorum finibus repentina uastitas et ciuium interitio miranda . qua re Demophonta permotum ferunt misisse ad Apollinis oraculum quaerentis remedium uastitatis . responso autem dato, ut quotannis una de nobilium genere uirgo diis penatibus eorum immolaretur, Demophon omnium filias praeter suas sorte ductas interficiebat, usque dum cuidam ciuium loco nobilissimo eorum nato perdoluit inceptum Demophontis . qui negare coepit de sua filia se passurum sortiri, nisi eodem regis filiae essent coniectae . quo facto rex permotus, illius filiam sine sorte ductam interfecit . quod Mastusius nomine, uirginis pater, instanti tempore simulauit se patriae causa non aegre ferre factum (potuisset enim postea sorte ducta nihilominus interire): quod paulatim dies regi in obliuionem perduxit . itaque cum se prope amicissimum regi uirginis pater ostendisset, sollemne sacrificium se habere dixit, eumque et filias eius ad id conficiendum inuitauit . qui nihil aliter futurum suspicatus, filias ante misit, ut ipse occupatus in re ciuili postea ueniret . quod cum ex optato Mastusio accidisset, filias regis interfecit et sanguinem earum cum uino in cratera mixtum aduenienti regi pro potione dari iussit . qui cum filias

---

D 1 storiam philarcus | 3 flagiusa | demiphon | 5 intericio | demiphonda | 6 querens | 17 uirginis pater regi | solemne. — G 1 phylartus | 3 flagusa | dimiphona | 6 quaerens | 7 una e | 9 ductas om. | 11 de sua filia cepit | 13 pater uirginis | 16 duxit | prope om. | 17 sollempne | 19 aliud | 20 exoptanti | 21 regis filias interemit | 22 proportione.

---

1 uulg. Pilarchus cf. supra p. 5 | chersonesso D G | 2 uulg. sepulchrum | 3 conpl. D uulg. compl. | uulg. Phlagusa . quod dedi, uoluit Is. Vossius. eadem urbs ab Herodoto 6, 140 aliisque Elaeus uocatur . sed Ἐλαιοῦς, Ἐλαιοῦσσα, Ἐλεοῦσα etiam in libris graecis confunduntur | 3 omnes scribunt Demiphon, sed uera lectio mihi esse uidetur Demophon . sane Δημοφῶν nomen uirorum fuit . in G h. l. est demophon, in seqq. autem demiphon | 5 int. D G uulg. internecio | 6 quaer. 3 Ul; uulg. quaerens . M. noluit quaerentem | 8 demiphon autem D G | 9 interf. est imperfectum conatus | 12 conuectae, 1 Voss. | 13 uulg. Matusius h. l. et in seqq. nec aliter scribunt D G . Mastusia promontorium Cherronesi commemoratur a Plin. H. N. 4, 18 aliisque . Mastusius h. l. iam scripserat Micyllus | instanti i. e. praesenti | 14 non ferre hac re factum D . quo loco 'hac re' perperam scriptum est pro aegre, cf. supra cp. 34 | 16 dies i. e. tempus | 17 pater uirginis regi, H | soll. cf. supra p. 37 | 19 occ. iure ciuili, H | 20 ex opt. D uulg. exoptanti | 21 regis D G uulg. eius | in om. D G | crat. D G uulg. cratere . iidem tamen in seqq. haben 'cratere' | potione D portione St.

desideraret, et quid his factum esset rescisset, Mastusium cum cratere in mare proici iussit . quo facto mare, quo ille est proiectus, memoriae causa Mastusium mare uocatum est; portus autem adhuc Crater appellatur . quem antiqui astrologi stellis deformarunt, ut homines meminissent maleficium neminem temere lucrari posse, neque obliuionem inimicitiarum fieri solere . nonnulli cum Eratosthene dicunt eum cratera esse, quo Icarus sit usus, cum hominibus ostenderet uinum; alii autem dicunt dolium esse, quo Mars ab Oto et Ephialte sit coniectus.

XLI PISCIS qui notius appellatur. Hic uidetur ore aquam excipere a signo Aquarii . qui laborantem quondam Isim seruasse existimatur; pro quo beneficio simulacrum piscis et eius filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit . itaque Syri conplures pisces non esitant et eorum simulacra inaurata pro diis penatibus colunt. De hoc et Ctesias scribit.

XLII Reliquum est nobis disputare de stellis quinque, quas complures ut erraticas, ita planetas Graeci dixerunt . quarum una est Iouis, nomine Phaenon, quem Heraclides Ponticus ait, quo

---

D 3 'uocatum est' om. | 5 lucrare | 9 epialta | 15 et hesi | 18 quam erachides. — G 1 esso | 2 in mare cum cratere | proiectus est | 3 mare om. | 7 ycarus | 9 ephialta | 15 'De . . . scribit' om. | 16 V | 18 heraclydes.

---

1 desiderasset, 1 Voss. | 2 pr. D G uulg. proiici | 4 def. D G uulg. deformauerunt | 5 lucrari i. e. impune ferre, ut ait M. | 7 uulg. Icarius cf. supra cp. 4 | 8 autem dicunt D uulg. autem | 9 otho D G | 10 cf. Ar. Phaen. 386; Catast. 38 | 11 isim D ysim G uulg. Isin . ceterum alii in hac re non Isim, sed Derceto commemorant | 13 ante, cp. 30 | conpl. D uulg. compl. | 15 uulg. Hegesias, cf. supra p. 4 | 16 Cap. XLII Ar. Phaen. 453; Catast. 43 | Reli cum D i. e. Relicum, cf. Brambach, Hülfsbüchlein etc. p. 68 | disputare addidi ex G | st. quinque D G uulg. quinque st. | 17 planetas D G uulg. πλανήτας | 18 pheton D G uulg. Phaëthon . sane a Cicerone N. D. 2, 20 aliisque Iouis stella φαέθων, Saturni stella φαίνων appellatur; sed h. l. et infra lib. IV, 17 legendum uidetur Phaenon, cf. Catast. l. c. et Schol. Germ. p. 421 Eyss. Firmatur haec coniectura etiam iis, quae in scholiis cod. Dresdensis 183, fol. 26, b sq. inueni . ibi disputatio de stellis quinque sic incipit 'Restat ut quid de his gentilium ridiculosissima uanitas senserit explicemus' et paulo post haec legimus: Stellam iouis a qua se accipere temperantiam autumant, dixerunt quendam hominem phoenonem (leg. Phaenonem) fuisse, conditum a prometheo cunctis forma praestantiorem quem ioui ut ceteros reddere nollet . Idem phenon (leg. Phaenon) a mercurio persuasus ut inmortalitatem perciperet esse dicitur ut ad iouem ueniret . ad quem ueniens et proprio nomine honoratus et inter astra conlocatus iuxta eorum uanitatem est.

tempore Prometheus homines finxerit, hunc pulchritudine corporis reliquos praestantem fecisse; cumque supprimere cogitaret, neque Ioui ut ceteros redderet, Cupidinem Ioui nuntiasse . quo facto missum Mercurium ad Phaenonem persuasisse, ut ad Iouem ueniret et inmortalis fieret . itaque eum inter astra collocatum.

Secunda stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes a Solis filio Phaëthonta appellatam dicit . de quo complures scripserunt, ut patris inscienter curru uectus, incenderit terras; quo facto ab Ioue fulmine percussus, in Eridanum deciderit et a Sole inter sidera sit perlatus.

Tertia est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Ueneris sequens stellam hac, ut Eratosthenes ait, de causa . quod Uulcanus cum uxorem Uenerem duxisset, et propter eius obseruantiam Marti copia non fieret, ut nihil aliud adsequi uideretur, nisi sua stella Ueneris sidus persequi a Uenere impetrauit . itaque cum uehementer amore eum incenderet, significans e facto stellam Pyroenta appellauit.

Quarta stella est Ueneris, Lucifer nomine; quam nonnulli Iunonis esse dixerunt . hanc eandem Hesperum appellari, multis

---

D 2 cumque subprimere cogitare | 4 phetontha | 5 collocauit | 7 phetonta | 9 percursum | deiecerit | 11 erculis | 13 et om. | 16 phironam appellatum. — G 1 pulcritudine | 2 neque ut certam tum redderet | 5 locatum | 7 phetontam | 9 percussus om. | deiectus est | 10 sidera perlatus | 11 Tercia | martis stella | 16 cum amor | phrionia | 19 hunc eundem.

---

1 D uelle uidetur finxisset | 2 rel. D G uulg. reliquis | 2 cumque etc. scripsi ex G uulg. 'cumque supprimere cogitare'. Medius uult: cumque cum supp. cogitaret . uide quae supra dixi p. 2 | neque etc. scripsi ex D uulg, atque ut certum redderet Cupidinem, Ioui etc. | 3 nunt. D G uulg. nunciasse | 4 uulg. Phaëthonta | 8 incenderet D G | 9 deiecerit U aliique; uulg. 'deiectus est et a Sole inter sidera perlatus'. in scholiis cod. Dresdensis fol. 27, a haec inueni 'ab ioue fulmine percussus in eridanum deciderit et a sole patre inter sidera sit conlocatus' . hinc apparet in codd. Hygini per errorem scriptum esse deiecerit pro 'deciderit'. Idem scholiastes de Martis stella haec profert: Martis autem stellam quam quidam illorum (i. e. gentilium) herculis esse dixerunt, ueneris sequax ab illis fuisse putabatur. Nam cum uulcanus uenerem duxisset uxorem et propter eius obseruantiam marti copia non fieret nihilque adsequi uideretur, a uenere coitum impetrauit et quia uehementer morsum (fort. amore eum) incenderit, pyrois est appellata . a qua etiam se feruorem accipere credebat (leg. credebant) | et a Sole etc. sic scripsi ex D | 14 copia D G uulg. eius copia | ads. D ass. G | 16 am. eum D uulg. eum amor | sign. D G uulg. rem sign. | 19 hanc eand. D uulg. hunc eundem.

traditum est historiis . hic autem omnium siderum maximus esse uidetur . nonnulli hunc Aurorae et Cephali filium dixerunt, pulchritudine multos praestantem . ex qua re etiam cum Uenere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit eum hac de causa Ueneris appellari, et exoriente sole et occidente uideri . quare, ut ante diximus, iure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum.

Quinta stella est Mercurii, nomine Stilbon . sed haec est breuis et clara . haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit et peruiderit siderum cursus. Euhemerus autem Uenerem primam ait sidera constituisse et Mercurio demonstrasse.

XLIII Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem lacteum esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit Mercurio infanti puero insciam Iunonem dedisse lacte; sed postquam rescierit eum Maiae filium esse, reiecisse eum ab se; ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere . alii dixerunt dormienti Iunoni Herculem suppositum, et experrectam id quod supra diximus fecisse . alii autem Herculem propter nimiam auiditatem multitudinem lactis adpetisse neque in ore continere potuisse: quod ex ore eius profusum, circulum significasse . alii dicunt, quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu attulit, iussisse ei lacte praebere . quae cum pressisset mammam, profuso lacte circulum deformatum, quem supra demonstrauimus.

Nos autem omnium corporum deformationem dicere instituimus.

D 6 et hedum et hesperum | 13 mercurio dicit. — G 2 pulcritudine | 5 appellari quod exoriento et occidente uidetur | 9 cursus sydorum | 14 resciret | 16 subpositum | 18 lactis multitudinem | 20 obs | obtulit.

---

2 non. G uulg. Nonnulli autem | fil. D G uulg. filium esse | 5 et ex. scripsi ex 1 Voss.; uulg. appellari ex. | 7 breuis i. e. parua, cf. supra cp. 38 | 10 uenerem etc. D G uulg. primam ait Venerem astra constituisse | 13 puero om. G | lacte D h. l. et in sqq. uulg. lac, cf. Brambach, Neugestaltung etc. p. 256, Neue, Form. I p. 578 | 14 ab D G uulg. a | 15 ita D G uulg. et ita | 18 mult. lact. D uulg. lact. mult. | 19 sign. D G uulg. signasse | 23 inst. D uulg. instituemus.

LIBER TERTIUS.

I Igitur incipiemus a polo boreo protinus dicere, quo utraeque Arcti nixae uehuntur, arctico circulo clausae et ita collocatae, ut alternis unaquaeque earum resupinata caput alterius tegere uideatur, ita tamen, ut caput eius quae superior fuerit, ad caudam inferioris contendat . harum maior in extremo circulo pedes habet fixos . praeterea habet in capite stellas VII omnes obscuras, in utrisque auribus binas, in humero claram I, in pede nouissimo II, in summo interscapilio I, in crure de posterioribus primo I, in pede priore II, in cauda ipsa tres . ita totius sideris stellae sunt omnino XXI. Minor autem habet in stationis unoquoque loco stellas singulas clare lucentes, et supra caudam III, omnino VII. Sed in prioribus caudae stellis una est infima quae polus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur uersari; reliqui autem duo choreutae dicuntur, quod circum polum uersantur.

II DRACO inter duas Arctos collocatus, uidetur corporis sinu facto Arctum minorem ita concludere, ut paene pedes eius tangere uideatur, cauda autem flexa caput maioris adtingere et suo capite

D 4 capud | 7 obscuras utrisque. — G 3 arctos | 12 super | VII sunt | 15 reliquae autem choreutae | circa | 16 uersentur.

1 Lib. Tert. om. D G sed in D illa 'Igitur . . . utraeque' litteris magnis scripta sunt | 2 hoc caput uulgo inscribitur Arcti | 3 arctoi H . fortasse legendum est arctoe, ut supra p. 32 Histoe | 7 habet etc. cf. Hyg. Myth. cp. 177 | 10 pr. D uulg. priori | in D nonnulla adduntur, quae per errorem huc immissa sunt . quae quidem expositio sic incipit: Maior autem arcturus ad aquilonem adiacens in longitudine quidem recipit aequinoctiales partes circulos partium ducentarum sexaginta quinque etc. eadem, paucis mutatis, in eodem libro inueni fol. 13, b sq. Ceterum breuior forma huius libri in cod. Parisiensi, de quo supra dixi p. 12, sic incipit: Siquidem intra circulum arcticum clausae sunt duae arcturi, una resupinate, altera caput alterius tegere uidetur, uerso semper capite maioris ad caudam minoris . Quarum maior babet in capite stellas VII omnes obscuras, in utrisque auribus unam, in humero claram unam, in pede nouissimo II, inter scapulas unam, in crure posteriore I, in pede priore II, in cauda tres, et ita sunt XIX | 11 stat. i. e. pedum; M. putat Hyginum in scriptore graeco inuenisse *βάσις* | 15 rel. etc. D uulg. reliquae autem duae | chor. D G uulg. *χορευταί* . idem restituendum est ap. Schol. Germ. p. 382 Eyss. pro 'chore ut e'. 18 uulg. pene, quod etiam D G habent | 19 adting. D att. G cf. Brambach, Neugest. p. 296 sqq.

tamquam reducto circulum arcticum tangens, corpus ut in spiram complicare . et si quis diligentius attenderit, uidere poterit caput Draconis ad maioris Ursae regionem caudae collocatum . hic habet in utroque tempore stellas singulas, in oculis singulas, in mento I et toto corpore reliquo passim dispositas X, ita ut omnino sint stellae XV.

III ARCTOPHYLAX. Huius manum sinistram circulus arcticus includit ita, ut neque occidere neque exoriri uideatur; ipse autem positus ab arctico circulo ad aestiuum definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede aestiuo circulo nixus . huius humeros et pectus a reliquo corpore diuidit circulus, qui per utrosque polos transiens tangit Arietem et Chelas . hic quod cum Tauro et Geminis orientibus et Cancro et Leone occidit, ideo sero occidere dicitur . qui magis erectus a pedibus peruenit ad terram, at plagius exoriens citius quam Chelae uidetur . habet autem in manu dextra stellas quattuor, quae numquam occidere dicuntur; in capite stellam I, in utroque humero singulas, in utraque mamma singulas, sed clariorem dextram et sub ea alteram obscuram, et in cubito dextro claram I, in zona unam clarius ceteris lucentem (haec stella Arcturus appellatur), in utrisque pedibus singulas . quae omnino sunt XIIII.

IV CORONAM humero sinistro prope contingere Arctophylax uidetur; qui autem Engonasin dicitur, dextri pedis calce coniungitur . haec Cancro et Leone exoriente occidere, cum Scorpione exoriri perspicitur . habet autem stellas VIIII in rotundo dispositas, sed ex his tres clarius ceteris lucentes.

V ENGONASIN. Hic positus inter duos circulos, arcticum et aestiuum, utrisque pedibus et dextro genu, quem ante diximus,

---

D 2 complicari . ut si qui | 4 'stellas singulas' om. | 11 polus | 13 quo magis. — G 4 stellas in oculis | 5 ita om. | stellarum sint | 7 oriri | 9 longitudine | 13 quod magis | 20 fiunt | 24 oriri.

---

1 speram D G uulg. sphaeram . quod dedi, iam Grotius uoluit | 2 compl. G uulg. complicari | 3 hic etc. cf. Ar. Phaen. 56 sq. | 5 sint. st. D uulg. stellarum sit | 6 Arct. D G uulg. Bootes siue Arctophylax | 11 hic quod D G uulg. hic quidem | 12 orientibus addidi ex H | sero occ. quare piger Bootes appellatur ab Ouid. Fast. 3, 405 | 13 qui, 1 Voss. uulg. quod | 14 plagius addidi ex D et 2 Ul. πλάγιος graece est quod latine obliquus | 15 uulg. sinistra . idem habent D G sed legendum est dextra ex Catast. 8 et Schol. Germ. p. 387 Eyss. | 18 cet. D G uulg. caet. | 22 qui autem engonasin dextri pedis calce coniungit D G uulg. quae autem Engonasin dextri p. c. coniungit . quod dedi, uoluit M. ex 3 Ul. | 24 st. VIIII uulg. nouem st. | 26 arcticon D sed in seqq. arcticum.

arcticum circulum finit; ita tamen, ut dextro pede prioribus digitis circulum terminet, sinistro autem toto caput Draconis opprimere conetur . humeris autem uelut sustinens circulum aestiuum et manu dextra porrecta tangens; laeuam autem e regione sinistro genu porrigens aequali interuallo circuli aestiui et genu sinistri . hic occidens capite prius quam reliquo corpore deuenit ad terram . qui cum totus occidit, occidit, ut pendere pedibus ex arctico circulo uideatur, exoriens ante pedibus quam reliquis membris.

Habet autem in capite stellam I, in sinistro brachio I, in utroque humero singulas clare lucentes, in manu sinistra I, in dextro cubito alteram; in utroque latere singulas, sed clariorem in sinistro; in dextro femine duas, in genu I, in poplite I, in crure duas; in pede I quae dicitur clara; in sinistra manu quattuor, quas pellem Leonis esse nonnulli dixerunt . sunt omnis XVIIII.

VI LYRA. Haec posita est contra regionem eius loci, qui locus est inter genu et manum sinistram eius qui Engonasin uocatur . cuius ipsa testudo spectat ad arcticum circulum; summum autem cacumen ad polum notium contendere uidetur . haec Uirgine exoriente occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur . habet autem in ipsis testudinis lateribus singulas stellas; in summis cacuminibus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collocata, singulas; in mediis isdem quos humeros Eratosthenes fingit, singulas; in scapulis ipsius testudinis unam; in imo Lyrae, quae ut basis totius uidetur, unam.

VII OLOR. Huius una ala est ad circumductionem huius

D 8 uelud | 7 totus occidit, ut . . . uidetur | 14 nonnulli esse | sunt etc. om. | 21 colcata | 25 est ala. — G 4 proiecta | ad sinistrum genu | 12 femine dextro II | poblite | crure I | 13 IIII | 14 nonnulli dixerunt esse . stellae XVIIII | 15 hec est posita | loci om. | 17 arcturum | 19 exoriri om. | uidetur | 21 collecta | 23 ima lyram | 24 I.

---

1 primoribus, 1 Ul. | 2 in D suprascr. totum | 4 porr. D uulg. proiecta | e reg. sin. D uulg. e reg. ad sinistrum | 5 genu . de hac forma genitiui cf. Neue, Form. I p. 364 | 7 totus etc. scripsi ex G uulg. totus occidit, ut etc. | 13 in pede etc. Ex Catast. 4 et Schol. Germ. p. 384 Eyss. haec exspectares 'in pede I, supra dextram manum I quae appellatur Claua' . fortasse illa 'in manu sinistra I' delenda et ea quae paulo antea posui addenda sunt | 14 sunt etc. addidi ex cod. St; alii addunt: ita sunt decem et nouem | 15 eius etc. D; idem scripsit St. ex H aliisque pro 'eius loci qui est' | 18 haec G uulg. haec Lyra | 21 testudinem D G | collocata scripsi ex 2 Voss., uulg. collecta | 22 isdem D G uulg. iisdem | quas U aliique | finxit, 1 cod. St. | 23 ima lyrae D U aliique; uulg. ima Lyra . quod dedi, praefert M. cf. infra cp. 38 | 24 unam, et ita omnino sunt nouem U aliique.

ille ducens secum Thebas peruenit, ubi erat uulpes, cui datum dicebatur, ut omnes canes effugere posset . itaque cum in unum peruenissent, Iuppiter nescius quid faceret, ut Istrus ait, utrosque in lapidem conuertit . nonnulli hunc canem Orionis esse dixerunt, et quod studiosus fuerit uenandi, cum eo canem quoque inter astra conlocatum; alii autem Icari canem esse dixerunt, de quo ante diximus . quae multa proposita suos habent auctores.

Sed Canis habet in lingua stellam unam, quae ipsa Canis appellatur, in capite autem alteram, quam Isis suo nomine statuisse existimatur et Sirion appellasse propter flammae candorem, quod eiusmodi sit, ut prae ceteris lucere uideatur . itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

XXXVI PROCYON. Hic ante maiorem Canem exoriri uidetur, sed a nonnullis Orionis esse existimatur . hac etiam de causa Procyon est appellatus, sed isdem omnibus historiis quibus superior Canis annumeratur.

XXXVII ARGO. Hanc nonnulli propter celeritatem graece dixerunt Argo appellatam; alii quod Argus eius fuerit inuentor . hanc autem primam in mari fuisse conplures dixerunt, et hac re maxime stellis esse figuratam . hanc nauem factam Pindarus ait in Magnesiae oppido, cui Demetrias est nomen . Callimachus autem in isdem finibus ad Apollinis Actii templum, quod Argonautae

---

D 3 histrius | 4 dixerunt | 10 syrion | 11 ceteras | 12 siriona | 13 Procion | 15 procyon esse | 18 argo dixerunt grece. — G 1 cui datum erat | 3 hystrius | 6 ycari | 7 praeposita | suos om. | 10 candorem flammae quae in eiusmodi signo est | 11 praeter ceteras | Itaque syrion appellasse quo magis eam cognoscerent | 13 Prochion | uidetur a nonnullis autem | 14 esse om. | hac autem de | 15 prochion appellatus | hisdem | 18 dictam | 22 hisdem.

---

1 duc. sec. D G uulg. sec. duc. | uulpis D cf. Neue, Form. I p. 180 | 2 in unum . sic supra cp. 15 carnem in unum compositam | 3 uulg. Ister, ut paulo antea | 4 lapidem D G uulg. lapides | 6 conl. D coll. G | icarii D sed aliis locis in eodem semper legimus icarus, icari etc. cf. supra p. 34 | 8 M. coni. et ipsa | 11 uulg. praeter caeteras . quod dedi, habet Isidorus N. R. 26 et in Origg. III, 70 qui sua ex Hygino sumpsit . idem uoluisse uidetur D | 13 cf. Catast. 42 | uid. fortasse sic legendum est: uidetur; hac etiam de causa Procyon est appellatus . sed a nonnullis Orionis esse existimatur et isdem etc. | 15 isd. D uulg. iisdem | 16 ann. Sch. coni. enumeratur | 17 Cap. XXXVII Ar. Phaen. 342; Catast. 35; Schol. Germ. 305 | propter etc. qui hoc uolunt, Argo ab ἀργός dictam putant | 19 conpl. D uulg. compl. | 20 nauem D G uulg. nauim | 21 Magn. legendum arbitror pro 'Magnesia' quod etiam D G praebent | Dem. cf. Plin. H. N. 4, 15 | 22 isd. D uulg. iisdem.

proficiscentes statuisse existimantur in eo loco, qui Pagasae uocatur, ideo quod nauis Argo ibi primum conpacta dicitur, quod est graece *παγασαι* . Homerus hunc eundem locum in Thessaliae finibus esse demonstrat; Aeschylus autem et nonnulli aiunt a Minerua quandam materiam loquentem eodem esse coniunctam . sed huius non tota effigies inter astra uidetur; diuisa enim est a puppi usque ad malum, significans, ne homines nauibus fractis pertimescerent.

XXXVIII CENTAURUS. Hic dicitur nomine Chiron Saturni et Philyrae filius esse, qui non modo ceteros Centauros, sed homines quoque iustitia superasse, Aesculapium et Achillem nutrisse existimatur . pietate igitur et diligentia effecit, ut inter astra numeraretur . apud hunc Hercules cum deuerteretur et simul cum Chirone sedens sagittas consideraret, fertur una earum decidisse supra pedem Chironis et ita eum interfecisse . alii autem dicunt Centaurum miratum, quod tam breuibus sagittis tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipsum contendere arcum conatum, itaque ex eius manu sagittam prolapsam in pedem eius incidisse . pro qua re Iuppiter eius misertus inter sidera eum constituit cum hostia, quam supra aram tenens immolare uidetur . hunc alii Pholon esse Centaurum dixerunt, eum qui aruspicio praeter ceteros plurimum ualuisset; itaque ad Aram cum hostia uenire Iouis uoluntate figuratum.

XXXIX ARA. In hac primum dii existimantur sacra et coniurationem fecisse, cum Titanas oppugnare conarentur; eam autem Cyclopas fecisse . ab ea consuetudine homines dicuntur in-

---

D 1 pagase | 3 pegasse | 6 nota | 13 numeretur. — G 1 existimantur statuisse | eodem | pegase | 3 pegase | 4 ut nonnulli | 6 est enim | 11 iusticia | esculapiumque | 12 effecit om. | 13 annumeraretur | diuerteret | 15 super | 17 conatum arcum | 20 super | tenens om. | 21 eumque | 26 eaque.

---

1 qui etc. cf. schol. Ap. Rhod. 1, 238 | eadem urbs Pagasa, Pagase, Pagasae dicitur | 2 comp. D uulg. comp. | 3 *παγ.* lectio corrupta est; M. coni. *παγῆναι* | 4 et D uulg. ut . similiter infra legimus cp. 40 Istrus autem et complures | 5 Sch. coni. 'eadem' ita ut ad nauem referatur | 7 nau. fr. D uulg. fr. nau. | 9 Cap. XXXVIII Schol. Germ. 291, 417; Ouid. Fast. 5, 379 sqq. | 13 uulg. diuerteretur | 16 breuibus i. e. paruis cf. infra cp. 42; Ouid. Met. 5, 457 | 21 Pholon. Seru. Aen. 8, 294 | eum qui D uulg. eumque | 24 cf. Catast. 39; Schol. Germ. 396 | Cap. XL Ar. Phaen. 444; Catast. 41; schol. Germ. 429; Ouid. Fast. 2, 246 sqq; Myth. Uat. I, 115; Fulgent. Myth. 1, 12.

stituisse sibi, ut cum aliquam rem efficere cogitarent, prius sacrificarent, quam agere incepissent.

XL HYDRA. In qua Coruus insidere et Crater positus existimatur; de qua hanc habemus memoriae proditam causam . coruus Apollinis tutela usus, eo sacrificante, missus ad fontem aquam puram petitum uidit arbores conplures ficorum inmaturas; eas exspectans dum maturescerent, in arbore quadam earum consedit . itaque post aliquot dies coctis ficis, et a coruo compluribus earum comesis, exspectans Apollo coruum uidit cum cratere pleno uolare festinantem . pro quo admisso eius dicitur. quod diu moratus sit, Apollo, qui coactus mora corui alia aqua est usus, hac igitur ignominia eum adfecisse, ut quamdiu fici coquerentur, coruus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus . itaque cum uellet significare sitim corui, inter sidera constituit cratera et supposuit hydram, quae coruum sitientem moraretur . uidetur enim rostro caudam eius extremam uerberare, ut tamquam sinat se ad crateram transire . Istrus autem et complures dixerunt Coronida Phlegyae filiam fuisse; hanc autem ex Apolline Aesculapium procreasse, sed postea Ischyn Elati filium cum ea concubuisse . quod cum uiderit coruus, Apollini nuntiasse; qui cum fuerit antea candidus, Apollinem pro incommodo nuntio eum nigrum fecisse et Ischyn sagittis confixisse.

D 4 memoria | 5 apollonis | 8 aliquod | 11 appollo | qui om. | 15 sicientem | 17 Istrius | coronidam | 19 Ischyn om. — G 1 efficere conarentur | 5 tutela apollinis | ad fontem missus | 9 comestis | 13 habeat illis diebus obtusum | 14 collocauit craterem | 15 subposuit | 16 uerberare . causa hac ut sinat tamquam se ad craterem | 17 Histrius | 19 postea scinealti | 20 antea albus | 21 commodo.

---

6 petitum . sic Hyg. Myth. cp. 169 | arb. etc. ad arbores Hyginus rettulit, quod de ficis erat dicendum | conpl. D uulg. compl. | 9 expectans D G | uidit D G uulg. uidit eum | 10 admisso i. e. peccato . eodem uocabulo saepius utitur Ouidius | fortasse legendum est: eius, quod diu moratus sit, dicitur | 11 apollo D G uulg. Apollinem | 11 hac igitur D uulg. hac | 12 adf. D aff. G | ut etc. cf. Aelian. H. A. 2, 5; Plin. H. N. 10, 15 | quoquerentur D cf. supra cp. 15 | 13 posset D G | 14 crateram h. l. uelle uidetur D. fortasse promiscue dixit Hyginus crater et cratera . cf. Neue, Form. I p. 332 | 17 uulg. Ister, ut supra cp. 34 | Cor. etc. similia alii prodiderunt, quorum nomina posui ad Hyg. Myth. cp. 202 | 20 uid. G uulg. uideret | nunt. D G uulg. nunc. | 21 Apollinem addidi ex G | nunt. D G uulg. nuncio | 21 in G imprudenter etiam h. l. ut paulo antea scriptum est 'scynealti filium'. Hoc esset Ischyn Elati filium . ceterum apud Myth. Uat. I l. c. (ubi Maius inuenit in Ms. scin elati) pro 'Elati' scribendum arbitror Ischyn Elati.

De cratera autem hanc historiam Phylarchus scribit. In Chersoneso quae confinis est Troiae, ubi Protesilai sepulcrum statutum conplures dixerunt, urbs Elaeusa nomine dicitur . in qua Demophon quidam cum regnaret, incidit eorum finibus repentina uastitas et ciuium interitio miranda . qua re Demophonta permotum ferunt misisse ad Apollinis oraculum quaerentis remedium uastitatis . responso autem dato, ut quotannis una de nobilium genere uirgo diis penatibus eorum immolaretur, Demophon omnium filias praeter suas sorte ductas interficiebat, usque dum cuidam ciuium loco nobilissimo eorum nato perdoluit inceptum Demophontis . qui negare coepit de sua filia se passurum sortiri, nisi eodem regis filiae essent coniectae . quo facto rex permotus, illius filiam sine sorte ductam interfecit . quod Mastusius nomine, uirginis pater, instanti tempore simulauit se patriae causa non aegre ferre factum (potuisset enim postea sorte ducta nihilominus interire): quod paulatim dies regi in obliuionem perduxit . itaque cum se prope amicissimum regi uirginis pater ostendisset, sollemne sacrificium se habere dixit, cumque et filias eius ad id conficiendum inuitauit . qui nihil aliter futurum suspicatus, filias ante misit, ut ipse occupatus in re ciuili postea ueniret . quod cum ex optato Mastusio accidisset, filias regis interfecit et sanguinem earum cum uino in cratera mixtum aduenienti regi pro potione dari iussit . qui cum filias

---

D 1 storiam philarcus | 3 flagiusa | demiphon | 5 intericio | demiphonda | 6 querens | 17 uirginis pater regi | solemne. — G 1 phylartus | 3 flagusa | dimiphona | 6 quaerens | 7 una e | 9 ductas om. | 11 de sua filia cepit | 13 pater uirginis | 16 duxit | prope om. | 17 sollempne | 19 aliud | 20 exoptanti | 21 regis filias interemit | 22 proportione.

---

1 uulg. Pilarchus cf. supra p. 5 | chersonesso D G | 2 uulg. sepulchrum | 3 conpl. D uulg. compl. | uulg, Phlagusa . quod dedi, uoluit Is. Vossius. eadem urbs ab Herodoto 6, 140 aliisque Elaeus uocatur . sed Ἐλαιοῦς, Ἐλαιοῦσσα, Ἐλεοῦσα etiam in libris graecis confunduntur | 8 omnes scribunt Demiphon, sed uera lectio mihi esse uidetur Demophon . sane Δημοφῶν nomen uirorum fuit . in G h. l. est demophon, in seqq. autem demiphon | 5 int. D G uulg. internecio | 6 quaer. 3 Ul; uulg. quaerens . M. noluit quaerentem | 8 demiphon autem D G | 9 interf. est imperfectum conatus | 12 conuectae, 1 Voss. | 13 uulg. Matusius h. l. et in seqq. nec aliter scribunt D G . Mastusia promontorium Cherronesi commemoratur a Plin. H. N. 4, 18 aliisque . Mastusius h. l. iam scripserat Micyllus | instanti i. e. praesenti | 14 non ferre hac re factum D . quo loco 'hac re' perperam scriptum est pro aegre, cf. supra cp. 34 | 16 dies i. e. tempus | 17 pater uirginis regi, H | soll. cf. supra p. 37 | 19 occ. iure ciuili, H | 20 ex opt. D uulg. exoptanti | 21 regis D G uulg. eius | in om. D G | crat. D G uulg. cratere . iidem tamen in seqq. haben 'cratere' | potione D portione St.

desideraret, et quid his factum esset rescisset, Mastusium cum cratere in mare proici iussit . quo facto mare, quo ille est proiectus, memoriae causa Mastusium mare uocatum est; portus autem adhuc Crater appellatur . quem antiqui astrologi stellis deformarunt, ut homines meminissent maleficium neminem temere lucrari posse, neque obliuionem inimicitiarum fieri solere . nonnulli cum Eratosthene dicunt eum cratera esse, quo Icarus sit usus, cum hominibus ostenderet uinum; alii autem dicunt dolium esse, quo Mars ab Oto et Ephialte sit coniectus.

XLI PISCIS qui notius appellatur. Hic uidetur ore aquam excipere a signo Aquarii . qui laborantem quondam Isim seruasse existimatur; pro quo beneficio simulacrum piscis et eius filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit . itaque Syri conplures pisces non esitant et eorum simulacra inaurata pro diis penatibus colunt. De hoc et Ctesias scribit.

XLII Reliquum est nobis disputare de stellis quinque, quas complures ut erraticas, ita planetas Graeci dixerunt . quarum una est Iouis, nomine Phaenon, quem Heraclides Ponticus ait, quo

---

D 3 'uocatum est' om. | 5 lucrare | 9 epialta | 15 et hesi | 18 quam erachides. — G 1 esse | 2 in mare cum cratere | proicctus est | 3 mare om. | 7 ycarus | 9 ephialta | 15 'De . . . scribit' om. | 16 V | 18 heraclydes.

---

1 desiderasset, 1 Voss. | 2 pr. D G uulg. proiici | 4 def. D G uulg. deformauerunt | 5 lucrari i. e. impune ferre, ut ait M. | 7 uulg. Icarius cf. supra cp. 4 | 8 autem dicunt D uulg. autem | 9 otho D G | 10 cf. Ar. Phaen. 386; Catast. 38 | 11 isim D ysim G uulg. Isin . ceterum alii in hac re non Isim, sed Derceto commemorant | 13 ante, cp. 30 | conpl. D uulg. compl. | 15 uulg. Hegesias, cf. supra p. 4 | 16 Cap. XLII Ar. Phaen. 453; Catast. 43 | Reli cum D i. e. Relicum, cf. Brambach, Hülfsbüchlein etc. p. 58 | disputare addidi ex G | st. quinque D G uulg. quinque st. | 17 planetas D G uulg. πλανήτας | 18 pheton D G uulg. Phaëthon . sane a Cicerone N. D. 2, 20 aliisque Iouis stella φαέθων, Saturni stella φαίνων appellatur; sed h. l. et infra lib. IV, 17 legendum uidetur Phaenon, cf. Catast. l. c. et Schol. Germ. p. 421 Eyss. Firmatur haec coniectura etiam iis, quae in scholiis cod. Dresdensis 183, fol. 26, b sq. inueni . ibi disputatio de stellis quinque sic incipit 'Restat ut quid de his gentilium ridiculosissima uanitas senserit explicemus' et paulo post haec legimus: Stellam iouis a qua se accipere temperantiam autumant, dixerunt quendam hominem phoenonem (leg. Phaenonem) fuisse, conditum a prometheo cunctis forma praestantiorem quem ioui ut ceteros reddere nollet . Idem phenon (leg. Phaenon) a mercurio persuasus ut inmortalitatem perciperet esse dicitur ut ad iouem ueniret . ad quem ueniens et proprio nomine honoratus et inter astra conlocatus iuxta eorum uanitatem est.

tempore Prometheus homines finxerit, hunc pulchritudine corporis reliquos praestantem fecisse; cumque supprimere cogitaret, neque Ioui ut ceteros redderet, Cupidinem Ioui nuntiasse . quo facto missum Mercurium ad Phaenonem persuasisse, ut ad Iouem ueniret et inmortalis fieret . itaque eum inter astra collocatum.

Secunda stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes a Solis filio Phaëthonta appellatam dicit . de quo complures scripserunt, ut patris inscienter curru uectus, incenderit terras; quo facto ab Ioue fulmine percussus, in Eridanum deciderit et a Sole inter sidera sit perlatus.

Tertia est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Ueneris sequens stellam hac, ut Eratosthenes ait, de causa . quod Uulcanus cum uxorem Uenerem duxisset, et propter eius obseruantiam Marti copia non fieret, ut nihil aliud adsequi uideretur, nisi sua stella Ueneris sidus persequi a Uenere impetrauit . itaque cum uehementer amore eum incenderet, significans e facto stellam Pyroenta appellauit.

Quarta stella est Ueneris, Lucifer nomine; quam nonnulli Iunonis esse dixerunt . hanc eandem Hesperum appellari, multis

---

D 2 cumque subprimere cogitare | 4 phetontha | 5 collocauit | 7 phetonta | 9 percursum | deiecerit | 11 erculis | 13 et om. | 16 phironam appellatum. — G 1 pulcritudine | 2 neque ut certam tum redderet | 5 locatum | 7 phetontam | 9 percussus om. | deiectus est | 10 sidera perlatus | 11 Tercia | martis stella | 16 eum amor | phrionia | 19 hunc eundem.

---

1 D uelle uidetur finxisset | 2 rel. D G uulg. reliquis | 2 cumque etc. scripsi ex G uulg. 'eumque supprimere cogitare'. Mulius uult: cumque cum supp. cogitaret . uide quae supra dixi p. 2 | neque etc. scripsi ex D uulg, atque ut certum redderet Cupidinem, Ioui etc. | 3 nunt. D G uulg. nunciasse | 4 uulg. Phaëthonta | 8 incenderet D G | 9 deiecerit U aliique; uulg. 'deiectus est et a Sole inter sidera perlatus'. in scholiis cod. Dresdensis fol. 27, a haec inueni 'ab ioue fulmine percussus in eridanum deciderit et a sole patre inter sidera sit conlocatus' . hinc apparet in codd. Hygini per errorem scriptum esse deiecerit pro 'deciderit'. Idem scholiastes de Martis stella haec profert: Martis autem stellam quam quidam illorum (i. e. gentilium) herculis esse dixerunt, ueneris sequax ab illis fuisse putabatur. Nam cum uulcanus uenerem duxisset uxorem et propter eius obseruantiam marti copia non fieret nihilque adsequi uideretur, a uenere coitum impetrauit et quia uehementer morsum (fort. amore eum) incenderit, pyrois est appellata . a qua etiam se feruorem accipere credebat (leg. credebant) | et a Sole etc. sic scripsi ex D | 14 copia D G uulg. eius copia | ads. D ass. G | 16 am. eum D uulg. eum amor | sign. D G uulg. rem sign. | 19 hanc eand. D uulg. hunc eundem.

traditum est historiis . hic autem omnium siderum maximus esse uidetur . nonnulli hunc Aurorae et Cephali filium dixerunt, pulchritudine multos praestantem . ex qua re etiam cum Uenere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit eum hac de causa Ueneris appellari, et exoriente sole et occidente uideri . quare, ut ante diximus, iure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum.

Quinta stella est Mercurii, nomine Stilbon . sed haec est breuis et clara . haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit et peruiderit siderum cursus. Euhemerus autem Uenerem primam ait sidera constituisse et Mercurio demonstrasse.

XLIII Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem lacteum esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit Mercurio infanti puero insciam Iunonem dedisse lacte; sed postquam rescierit eum Maiae filium esse, reiecisse eum ab se; ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere . alii dixerunt dormienti Iunoni Herculem suppositum, et experrectam id quod supra diximus fecisse . alii autem Herculem propter nimiam auiditatem multitudinem lactis adpetisse neque in ore continere potuisse: quod ex ore eius profusum, circulum significasse . alii dicunt, quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu attulit, iussisse ei lacte praebere . quae cum pressisset mammam, profuso lacte circulum deformatum, quem supra demonstrauimus.

Nos autem omnium corporum deformationem dicere instituimus.

D 6 et hedum et hesperum | 13 mercurio dicit. — G 2 pulcritudine | 5 appellari quod exoriente et occidente uidetur | 9 cursus sydernm | 14 resciret | 16 subpositum | 18 lactis multitudinem | 20 obs | obtulit.

---

2 non. G uulg. Nonnulli autem | fil. D G uulg. filium esse | 5 et ex. scripsi ex 1 Voss.; uulg. appellari ex. | 7 breuis i. e. parua, cf. supra cp. 38 | 10 uenerem etc. D G uulg. primam ait Venerem astra constituisse | 13 puero om. G | lacte D h. l. et in sqq. uulg. lac, cf. Brambach, Neugestaltung etc. p. 256, Neue, Form. I p. 573 | 14 ab D G uulg. a | 15 ita D G uulg. et ita | 18 mult. lact. D uulg. lact. mult. | 19 sign. D G uulg. signasse | 23 inst. D uulg. instituemus.

LIBER TERTIUS.

I Igitur incipiemus a polo boreo protinus dicere, quo utraeque Arcti nixae uehuntur, arctico circulo clausae et ita collocatae, ut alternis unaquaeque earum resupinata caput alterius tegere uideatur, ita tamen, ut caput eius quae superior fuerit, ad caudam inferioris contendat. harum maior in extremo circulo pedes habet fixos. praeterea habet in capite stellas VII omnes obscuras, in utrisque auribus binas, in humero claram I, in pede nouissimo II, in summo interscapilio I, in crure de posterioribus primo I, in pede priore II, in cauda ipsa tres. ita totius sideris stellae sunt omnino XXI. Minor autem habet in stationis unoquoque loco stellas singulas clare lucentes, et supra caudam III, omnino VII. Sed in prioribus caudae stellis una est infima quae polus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur uersari; reliqui autem duo choreutae dicuntur, quod circum polum uersantur.

II DRACO inter duas Arctos collocatus, uidetur corporis sinu facto Arctum minorem ita concludere, ut paene pedes eius tangere uideatur, cauda autem flexa caput maioris adtingere et suo capite

D 4 capud | 7 obscuras utrisque. — G 3 arctos | 12 super | VII sunt | 15 reliquae autem choreutae | circa | 16 uersentur.

1 Lib. Tert. om. D G sed in D illa 'Igitur . . . utraeque' litteris magnis scripta sunt | 2 hoc caput uulgo inscribitur Arcti | 3 arctoi II. fortasse legendum est arctoe, ut supra p. 32 Histoe | 7 habet etc. cf. Hyg. Myth. cp. 177 | 10 pr. D uulg. priori | in D nonnulla adduntur, quae per errorem huc immissa sunt. quae quidem expositio sic incipit: Maior autem arcturus ad aquilonem adiacens in longitudine quidem recipit aequinoctiales partes circulos partium ducentarum sexaginta quinque etc. eadem, paucis mutatis, in eodem libro inueni fol. 18, b sq. Ceterum breuior forma huius libri in cod. Parisiensi, de quo supra dixi p. 12, sic incipit: Siquidem intra circulum arcticum clausae sunt duae arcturi, una resupinate, altera caput alterius tegere uidetur, uerso semper capite maioris ad caudam minoris. Quarum maior habet in capite stellas VII omnes obscuras, in utrisque auribus unam, in humero claram unam, in pede nouissimo II, inter scapulas unam, in crure posteriore I, in pede priore II, in cauda tres, et ita sunt XIX | 11 stat. i. e. pedum; M. putat Hyginum in scriptore graeco inuenisse *βάσις* | 15 rel. etc. D uulg. reliquae autem duae | chor. D G uulg. *χορευταί*. idem restituendum est ap. Schol. Germ. p. 382 Eyss. pro 'chore ut e'. 18 uulg. pene, quod etiam D G habent | 19 adting. D att. G cf. Brambach, Neugest. p. 296 sqq.

tamquam reducto circulum arcticum tangens, corpus ut in spiram complicare . et si quis diligentius attenderit, uidere poterit caput Draconis ad maioris Ursae regionem caudae collocatum . hic habet in utroque tempore stellas singulas, in oculis singulas, in mento I et toto corpore reliquo passim dispositas X, ita ut omnino sint stellae XV.

III ARCTOPHYLAX. Huius manum sinistram circulus arcticus includit ita, ut neque occidere neque exoriri uideatur; ipse autem positus ab arctico circulo ad aestiuum definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede aestiuo circulo nixus . huius humeros et pectus a reliquo corpore diuidit circulus, qui per utrosque polos transiens tangit Arietem et Chelas . hic quod cum Tauro et Geminis orientibus et Cancro et Leone occidit, ideo sero occidere dicitur . qui magis erectus a pedibus peruenit ad terram, at plagius exoriens citius quam Chelae uidetur . habet autem in manu dextra stellas quattuor, quae numquam occidere dicuntur; in capite stellam I, in utroque humero singulas, in utraque mamma singulas, sed clariorem dextram et sub ea alteram obscuram, et in cubito dextro claram I, in zona unam clarius ceteris lucentem (haec stella Arcturus appellatur), in utrisque pedibus singulas . quae omnino sunt XIIII.

IV CORONAM humero sinistro prope contingere Arctophylax uidetur; qui autem Engonasin dicitur, dextri pedis calce coniungitur . haec Cancro et Leone exoriente occidere, cum Scorpione exoriri perspicitur . habet autem stellas VIIII in rotundo dispositas, sed ex his tres clarius ceteris lucentes.

V ENGONASIN. Hic positus inter duos circulos, arcticum et aestiuum, utrisque pedibus et dextro genu, quem ante diximus,

---

D 2 complicari . ut si qui | 4 'stellas singulas' om. | 11 polus | 13 quo magis. — G 4 stellas in oculis | 5 ita om. | stellarum sint | 7 oriri | 9 longitudine | 13 quod magis | 20 fiunt | 24 oriri.

---

1 speram D G uulg. sphaeram . quod dedi, iam Grotius uoluit | 2 compl. G uulg. complicari | 3 hic etc. cf. Ar. Phaen. 56 sq. | 5 sint. st. D uulg. stellarum sit | 6 Arct. D G uulg. Bootes siue Arctophylax | 11 hic quod D G uulg. hic quidem | 12 orientibus addidi ex H | sero occ. quare piger Bootes appellatur ab Ouid. Fast. 3, 405 | 13 qui, 1 Voss. uulg. quod | 14 plagius addidi ex D et 2 Ul. πλάγιος graece est quod latine obliquus | 15 uulg. sinistra . idem habent D G sed legendum est dextra ex Catast. 8 et Schol. Germ. p. 387 Eyss. | 18 cet. D G uulg. caet. | 22 qui autem engonasin dextri pedis calce coniungit D G uulg. quae autem Engonasin dextri p. c. coniungit . quod dedi, uoluit M. ex 3 Ul. | 24 st. VIIII uulg. nouem st. | 26 arcticon D sed in seqq. arcticum.

arcticum circulum finit; ita tamen, ut dextro pede prioribus digitis circulum terminet, sinistro autem toto caput Draconis opprimere conetur . humeris autem uelut sustinens circulum aestiuum et manu dextra porrecta tangens; laeuam autem e regione sinistro genu porrigens aequali interuallo circuli aestiui et genu sinistri . hic occidens capite prius quam reliquo corpore deuenit ad terram . qui cum totus occidit, occidit, ut pendere pedibus ex arctico circulo uideatur, exoriens ante pedibus quam reliquis membris.

Habet autem in capite stellam I, in sinistro brachio I, in utroque humero singulas clare lucentes, in manu sinistra I, in dextro cubito alteram; in utroque latere singulas, sed clariorem in sinistro; in dextro femine duas, in genu I, in poplite I, in crure duas; in pede I quae dicitur clara; in sinistra manu quattuor, quas pellem Leonis esse nonnulli dixerunt . sunt omnis XVIIII.

VI LYRA. Haec posita est contra regionem eius loci, qui locus est inter genu et manum sinistram eius qui Engonasin uocatur . cuius ipsa testudo spectat ad arcticum circulum; summum autem cacumen ad polum notium contendere uidetur . haec Uirgine exoriente occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur . habet autem in ipsis testudinis lateribus singulas stellas; in summis cacuminibus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collocata, singulas; in mediis isdem quos humeros Eratosthenes fingit, singulas; in scapulis ipsius testudinis unam; in imo Lyrae, quae ut basis totius uidetur, unam.

VII OLOR. Huius una ala est ad circumductionem huius

D 3 uelud | 7 totus occidit, ut . . . uidetur | 14 nonnulli esse | sunt etc. om. | 21 colcata | 25 est ala. — G 4 proiecta | ad sinistrum genu | 12 femine dextro II | poblite | cruro I | 13 IIII | 14 nonnulli dixerunt esse . stellae XVIIII | 15 hec est posita | loci om. | 17 arcturum | 19 exoriri om. | uidetur | 21 collecta | 23 ima lyram | 24 I.

---

1 primoribus, 1 Ul. | 2 in D suprascr. totum | 4 porr. D uulg. proiecta | e reg. sin. D uulg. e reg. ad sinistrum | 5 genu . de hac forma genitiui cf. Neue, Form. I p. 364 | 7 totus etc. scripsi ex G uulg. totus occidit, ut etc. | 13 in pede etc. Ex Catast. 4 et Schol. Germ. p. 384 Eyss. haec exspectares 'in pede I, supra dextram manum I quae appellatur Claua'. fortasse illa 'in manu sinistra I' delenda et ea quae paulo antea posui addenda sunt | 14 sunt etc. addidi ex cod. St; alii addunt: ita sunt decem et nouem | 15 eius etc. D; idem scripsit St. ex H aliisque pro 'eius loci qui est' | 18 haec G uulg. haec Lyra | 21 testudinem D G | collocata scripsi ex 2 Voss., uulg. collecta | 22 isdem D G uulg. iisdem | quas U aliique | finxit, 1 cod. St. | 23 ima lyrae D U aliique; uulg. ima Lyra . quod dedi, praefert M. cf. infra cp. 38 | 24 unam, et ita omnino sunt nouem U aliique.

circuli qui arcticus uocatur, contingens extremum pedem sinistrum eius qui Engonasin uocatur . sinistram autem alam habet paululum extra circulum aestiuum, paene coniungens pedibus Pegasi . Aestiuus autem circulus rostrum eius à reliquo corpore diuidit . cauda iungitur extrema cum capite Cephei . hic cum Uirgine et Chelis orientibus occidens, prius capite quam reliquis membris deuenit ad terram, exoritur autem cum Capricorno . hic habet in capite stellam clare lucentem I, in collo alteram pari fulgore, in utrisque pennis quinas, supra caudam I. omnino habet stellas XIII.

VIII CEPHEUS a tergo minoris Arcti constitutus, includitur arctico circulo a pedibus ad pectus, ut praeter humeros et caput eius nihil occidere uideatur; neque longe abest a flexu Draconis, quem capite primum efficere uidetur. Cepheus autem manibus utrisque proiectis figuratus, tanto dissidet interuallo a pedibus Arcti minoris, quantum spatium inter pedes Cephei uidetur . huius caput Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. hic autem habet in capite stellas II, in manu dextra I, item in cubito obscuram I, in sinistra manu et humero singulas, in dextro humero I, in zona, quae medium eius diuidit corpus, III stellae clarae uidentur, in latere dextro obscura I, in sinistro genu II, in utrisque pedibus singulae, supra pedes stellae IIII . hic totus omnino stellarum est XVIIII.

IX CASSIEPIA sedens in siliquastro conlocata est . cuius sedilis et ipsius Cassiepiae pedes positi sunt in ipsa circumductione circuli, qui arcticus uocatur; effigies autem corporis ad aestiuum circulum peruenit, quem capite et dextra manu tangit . hanc prope mediam diuidit circulus is, qui lacteus appellatur, proxime Cephei signum conlocatam . haec occidens cum Scorpione exoriente capite cum sedili resupina ferri perspicitur, exoriri autem cum Sagittario . huius in capite stella ostenditur I, in utroque humero I,

D 5 hic om. | 9 XII | 10 arcturi | 15 arcturi | 23 Cassiepya | 24 sedile | 28 conlocatum. — G 2 dicitur | 5 extrema om. | 10 contingens | 15 spacium | 16 autem exoriri uidetur | 17 Habet autem hic | 18 I obscuram | 19 medium cum diuidit | corpus om. | 21 stellae III . omnino stellarum XVIIII | 23 Casiopeia | collocata | 24 casiopiae | 27 lacteus dicitur proxime iuxta signum cephei collocatam | 30 I ostenditur.

1 arcticos U | 6 orientibus addidi ex H | 14 porrectis, cod. Paris. | 15 perperam 'huius corpus' D G aliique, cf. Arat. Phaen. 631 | 23 uulg. Cassiepeia cf. supra p. 29 | 24 uulg. Cassiepeiae | sunt addidi ex D G | 25 arcticos, codd. St. in D h. l. et alibi arcticos corr. in arcticus | 26 dextra D G h. l. et alibi, uulg. dextera | 28 collocatam G uulg. conlocatum | cum scorp. D G uulg. Scorpione | exor. om. D G.

in papilla dextra clara I, in lumbis magna I, in sinistro femine duae, in genu I, in pede primori dextro I; in quadrato, quo sella deformatur, una; in angulis utrisque singulae clarius ceteris lucentes . haec igitur est omnino stellarum XIII.

X ANDROMEDA proxime Cassiepiam, supra caput Persei breui interuallo dissidente collocata perspicitur, manibus diuersis uincta, ut antiquis historiis est traditum . cuius caput equi Pegasi uentri coniungitur; eadem enim stella et umbilicus Pegasi et Andromedae caput appellatur . huius medium pectus et manum sinistram circulus aestiuus diuidit . occidit autem cum Pisce de duobus secundo, quem Andromedae subiectum brachio supra diximus, exoriente Libra et Scorpione, capite prius quam reliquo corpore perueniens ad terram . exoritur autem cum Piscibus et Ariete.

Haec habet in capite stellam clare lucentem I, in utroque humero I, in cubito dextro I, in ipsa manu I, in sinistro cubito I, in brachio I, in manu alteram, in zona III, supra zonam IIII, in utroque genu I, in pedibus autem binas . ita omnino est stellarum XX.

XI PERSEUS. Huius sinistrum crus et humerum laeuum circulus aestiuus a reliquo corpore diuidit . ipse manu dextra arctoum circulum tangit, dextro pede caput Aurigae premere uelut currens uidetur . idem occidens Sagittario et Capricorno exorto, inclinatus ad caput uersus cum Ariete et Tauro rectus exoritur . habet autem in utroque humero stellam I, in manu dextra clare lucentem I qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgona interfecit; in sinistra alteram, qua caput Gorgonis tenere existimatur . habet

---

D 2 stella | 4 XIIII. — G 1 femine sinistro | 4 Hec est stellarum | 5 proxima cassiopeiae super | 6 uidetur | 7 iuncta | historiis om. | 15 stellam I clare lucentem | 16 'in cubito dextro I' om. | 17 super | 18 autem om. | binas . stellarum XX | 23 uidetur uelut currens | 24 ad om.

---

1 fem. D G uulg. femore | 2 primori addidi ex D | 3 una om. D G | cet. D G uulg. caet. | 5 cass. D uulg. Cassiepeiam | 11 supra . sciendum est haec in iis quae supra proposita sunt non inueniri; sed legimus eadem infra cp. 29 | 15 uulg. 'Haec ut supra diximus' sed ultima uerba eicienda mihi uidentur, ut immissa ex iis quae antecedunt . sane librarios h. l. peccasse apparet ex D in quo haec proponuntur: Haec supra diximus habet | 17 supra z. idem habet Schol. Germ. p. 398 Eyss. Grotius uult 'sub zona' ex Catast. 17 | 20 leuum D G | 22 arctoum D uulg. arcticum | caput . hoc ex tabulis astronomicis non probandum est; puto legendum 'crura' . in D additur in margine: crura uel tergus | 24 incl. D G uulg. inclinatur | 26 gorgona D G uulg. Gorgonem, cf. supra lib. II, 12.

praeterea in uentre stellam I, in lumbis alteram, in dextro femine I, ad genu I, in tibia I, in pede I obscuram, in sinistro femine I et in genu alteram, in tibia duas; in sinistra manu, quod Gorgonis caput uocatur, stellas IIII. omnino est stellarum XVIIII. caput eius et falx sine sideribus apparet.

Hunc Aratus cum diceret inter astra *κεκονισμένον* figuratum, acceperunt complures eum puluerulentum dictum: quod minime conuenit posse inter sidera etiam puluerulentum apparere. quod si esset, dignior erat Orion, cui idem adscripserunt: primum quod assidue est uenatus et semper in terra fuit, deinde quod adhuc inter sidera uenari uidetur. Perseus autem qui assidue uolaret, non potest puluerem habere. quid igitur est? cum uellet Aratus eum currentem obscure significare, usus Aeolorum ratione, eum *κεκονισμένον* dixit. Aeolii enim cum uolunt aliquem decurrere significare, *κεκονῖσθαι* dicunt: id quod Aratus uult demonstrare, non ut illum uolantem assidue puluerulentum dicat. quod a multis perperam est intellectum.

XII Heniochus autem circulo aestiuo genuum fine, praeterea ab humero sinistro usque ad zonam diuiditur ab eo, quem supra lacteum orbem diximus. huius pes dexter Tauri sinistro cornu stella coniungitur una; manu ut lora tenens figuratur. cuius in humero sinistro Capra, in manu autem duo Haedi duabus stellis

---

D 13 aeoleorum | 14 cecomismenon aeolei decurre | 15 adpoconise 21 inclue | 22 aedi duabus om. — G 1 lumbis I in dextro 2 in genu obscuram I in dextro femine I in genu I in tibia I 4 XVII 6 sydera 7 dicere | 8 'etiam puluerulentum' om. | 13 eoleorum 14 cecomismenon eolei decurrere | 15 apoconise idem quod 16 illum om. dicit 19 super 21 coniungitur stella | manibus | 22 hedi.

---

2 ad genu D uulg. in genu | 4 XVIIII sed re uera enumerantur XVIII. fortasse olim in iis quae antecedunt sic legebatur 'habet autem in capite stellam I (cf. Caesar. 22), in utroque' etc. quod si addimus, fiunt XVIIII | 6 cecomismenon D G h. l. et in sqq. | 7 dictum D uulg. dicere | 9 adscr. D ascr. G | 10 deinde D G uulg. denique | 11 uolaret D, M cum uolaret | 12 quid est D Quid igitur est? G; uulg. Quid igitur? | 13 usus Ae. rat., i. e. αἰολικῶς; uulg. 'Aetolorum' et in sqq. 'Aetoli', quod dedi, uoluit Grotius | 14 apud Homerum et Aratum est antiquior forma κεκονιμένος | 15 uulg. ἀποκονίσασθαι. D habet 'cecomisse' quare legendum arbitror κεκονῖσθαι. disputat de hoc loco Wesseling. Observ. p. 246 sq. | uult D G uulg. uoluit | 18 gen. fine, cf. supra p. 2 et infra lib. IV, 12 | 20 pes d. D uulg. d. pes | 21 una, cf. Serv. Ge. I 205. Hasper ex cod. Paris. sic scribit 'cornu coniungitur. Una manu', manu D uulg. Manibus. sed in altera manu haedi constituti sunt | 22 manu, i. e. sinistra, cf. Caesar. 18; Serv. Ge. l. c.; uulg. Hoedi h. l. et alibi.

formati dicuntur . Totus autem pedibus Persei subiectus, caput habens contra Ursae maioris aspectum . hic occidere Sagittarii et Capricorni exortu uidetur; exoriri autem Ophiucho et Engonasin occidentibus . habet praeterea in capite stellam I, in utroque humero I, sed in sinistro clariorem, quae Capra uocatur; in utroque cubito I; in manu II, quae Haedi appellantur, stellis prope occidentibus ficti.

XIII OPHIUCHUS inclinatus a capite, ut qui resupinari uidetur, anguem manibus tenere figuratur . huius autem humeri aestiuo circulo diuiduntur a reliquo corpore . ipse genuum fine ab aequinoctiali circulo terminatur, pede sinistro premens oculos, dextro autem testudine Scorpionis innixus . anguis autem, qui ab eo tenetur, prope extremo ore Coronam contingit, medium ut praecingens Ophiuchum, ad caudam breuior quam superiore corpore, qua manus sinistra ipsius signi figuratur; ita tamen, ut extrema cauda circulum aequinoctialem cum Aquilae cauda iungat . occidens exortu Geminorum, Cancri, Leonis peruenit ad terram; exoriens autem cum Scorpione et Sagittario apparet . hic habet in capite stellam I, in utroque humero singulas, in sinistra manu III, in dextra IIII, in lumbis II, in utroque genu singulas, in dextro crure I, in utroque pede singulas, sed clariorem in dextro . itaque est omnino stellarum XVII.

Anguis habet in summo capite II, sub capite IIII uno loco omnes; ad manum ipsius Ophiuchi sinistram duas, sed quae maxime ad corpus eius accedit, clariorem; et in dorso Anguis ad ipsam corporis coniunctionem V, et in prima curuatura caudae IIII, in secunda caput uersus habet stellas VI . ita est omnino trium et uiginti stellarum.

XIV SAGITTA inter duos circulos, aestiuum et aequinoctialem, supra Aquilae signum posita, diuiditur ab eo circulo, qui utroque polo subiectus ad Cancrum et Capricornum peruenit .

D 6 aedi | 14 a cauda. — G 1 persei pedibus | 2 sagittari | 4 praeterea om. | I stellam | 5 dicitur | 7 facti | 9 figuratus | autem om. | 12 testudini | 27 stellas VI . stellarum est XXIII | 30 super.

3 ‘exor. . . . occidentibus’ om. D G | 6 ‘occid. formati . Ita omnino sunt numero VII’ U aliique | 7 uulg. ‘facti’; quod in D corr. in ficti | 9 ang. man. D uulg. man. ang. | fig. D uulg. figuratus | 12 test. D uulg. testudini | 14 ad c. G uulg. a cauda | sup. D G uulg. superiori | 15 manu D G | 17 leonis D G uulg. et Leonis | 23 Ang. D G uulg. Ang. autem | 30 supra D uulg. super | 31 utroque D G uulg. utrique.

huius acumen ad Equi pedum regionem spectat; altera pars ad humeros Ophiuchi tendit . haec occidit Uirginis ortu, oritur autem cum Scorpione . habet omnino stellas IIII, quarum una in principio materiae, altera in medio, duae reliquae in eo loco quo ferrum solet affigi, diuersae uidentur.

XV AQUILA ala dextra non multum extra circulum aequinoctialem prodire, sinistra autem non longe a capite Ophiuchi figurata uidetur . praeterea rostrum eius a reliquo corpore diuidit circulus, quem supra diximus a Cancro ad Capricornum peruenire . media autem finitur ab eo, quem supra lacteum orbem demonstrauimus esse . haec occidit exorto Leone; exoritur autem cum Capricorno, habens in capite stellam I, in utraque penna I, in cauda I.

XVI DELPHINUS non longe ab Aquilae signo figuratus, in curuatione caudae nouissimae tangit aequinoctialis circuli circumductionem, capite prope coniungens equi Pegasi rostrum . hic exoritur cum Sagittarii posteriore parte; occidit autem cum Uirgo exorta est a capitis fine . habet autem in capite stellas II, supra caput ad ceruicem uersus II . ad ea quae in uentre uelut pennae uidentur, habet stellas III, in scapulis I, in cauda II . omnino est stellarum VIIII.

XVII EQUUS arcticum circulum spectans, pedibus aestiuum orbem, extremo ore caput Delphini tangere uidetur, Aquarii manum dextram ceruice sua coniungens et utrisque Piscibus clausus, quos in duodecim signis postea demonstrabimus . huius in stellis corpus apparet usque ad umbilicum deformatum . qui occidit cum Pisce de duobus primo, qui supra tergum eius est fixus; exoritur

D 1 expectat | 22 exspectans. — G 3 Habet autem | 6 circulum om. | 7 a om. | 11 orto | 14 Delphin | figuratus om. | in curuatione | 16 contingeas | 18 supra ceruicem II | 20 stellas om. | omnino om. | stellarum est | 22 estiuo orbe niti, extremo | 23 caput om. | 25 XII | 27 exoritur autem.

13 'cauda unam . Itaque omnino sunt quattuor' U aliique | 14 Delfinus D uulg. Delphin | 16 coni. D uulg. contingens . eadem uocabula etiam in sqq. saepius in Mss. confunduntur | 18 a capite G; a capite fine D; a capitis fine, 1 Mor., uulg. ad capitis finem | 19 ad om. 1 cod. St. cf. supra cp. 13 | 20 scap. D G uulg. scap. autem | 21 VIIII D G uulg. decem . sed in iis quae antecedunt error inesse uidetur . ex Catast. 31 et Schol. Germ. p. 412 Eyss. pro 'in capite stellas II' exspectares 'in ore stellam I' . nouem enumerat etiam Ouid. Fast. 2, 117 | 22 aest. etc. D uulg. Aestiuo orbe niti, extremo | 25 in d. sign., cf. infra cp. 29 | 27 fictus G; tergum est fictus D sed i. m. adponitur alia lectio: ei fixus.

cum Aquario toto et cum Pisce, cum quo occidit, et manu Aquarii dextra . hic habet in rostro stellas II obscuras, in capite I, in maxilla I, in utrisque auribus singulas, in ceruicibus IIII obscuras, sed maxime lucet, quae capiti proxima apparet; in humero claram I, in pectore I, in interscapilio I, in umbilico nouissimam I, quae Andromedae caput uocatur; in genibus utrisque singulas, in utrisque poplitibus singulas . ita est omnino stellarum XVIII.

XVIII DELTOTON autem in triangulum deformatur, aequis lateribus duobus, uno breuiore, sed prope aequali reliquis. inter aestiuum et aequinoctialem circulum supra caput Arietis, non longe ab Andromedae dextro crure et Persei manu sinistra conlocatum; cum Ariete toto occidens, oriens autem cum eiusdem dimidia priore parte . habet stellam in unoquoque angulo I.

Nunc protinus XII signorum figurationem dicemus, quorum est princeps Aries.

XIX ARIES in aequinoctiali circulo consistens, caput ad exortum habens conuersum, occidens a primis pedibus et exoriens caput infra Triangulum, quod supra diximus, tenens collocatum, pedibus prope caput coniungens Pistricis . habet autem in capite stellam I, in cornibus III, in ceruice II, in pede priore de primis I, in interscapilio IIII, in cauda I, sub uentre tres, in lumbis unam, in pede posteriore unam . omnino est stellarum XVII.

XX TAURUS ad exortum signorum dimidia parte conlocatus, ut incipere genua defigere uidetur ad terram, caput eodem habens

D 9 in acstiuum | 10 capud | 12 dimedia | 17 habens ad exortum | 18 capite | 22 XVIII | 23 dimedia. — G 4 proxima est, in | I claram | 5 nouissimam om. | 6 dicitur | 7 poblitibus singulas . stellae omnes XVII | 8 Delton ut triangulum | 9 prope om. | 12 exoriens | 13 unoquoque latere I | 15 quorum aries est particeps | 18 quod et | 19 contingens caput | 20 priore in primis | 22 stellarum est omnino | 24 incipe ac defigere ad terram uidetur.

1 cum quo etc. D G uulg. cum quo occidit et manus | 5 intersc. sciendum est in D G U praepositionem ante hanc uocem fere semper omitti . quod cum h. l. dixerim, in sqq. non adnotabo | ex Catast. 18 fortasse legendum est: nouissimam claram I | 7 XVII D G et sic uulgo scribunt, sed re uera sunt XVIII . tot enumerat etiam auctor Catast. l. c., Ouidius autem Fast. 3, 458 quindecim | 11 conl. D coll. G | 12 or. D uulg. exoriens | 14 uulgo sic scribunt: Cap. XIX Nunc protinus etc. | 18 quod D uulg. quod et | supra cf. cp. 18 | 19 coni. D uulg. contingens, cf. supra 16 | 20 ceru. II D G uulg. ceru. tres, cf. Catast. 19 | 21 'uentre I . tres in lumbis . unam in pede posteriore' D G sed legendum est 'uentre tres' cf. Catast. l. c. | 22 XVII G uulg. XVIII | 23 ex. D G uulg. ortum | conl. D coll. G | 24 ut etc. D uulg. 'ut incipere genu ac defigere' quae uerba sensum non praebent | def. perperam nonnulli legunt 'deficere' quod etiam in D suprascriptum est | uid. etc. D uulg. ad terram uidetur.

attentum . genua eius a reliquo corpore diuidit circulus aequinoctialis . cornu sinistrum, ut supra diximus, coniungitur cum dextro pede eius, qui Auriga appellatur . inter huius finitionem corporis et Arietis caudam stellae sunt VII quas Uergilias nostri, Graeci autem Pliadas appellauerunt . hic auersus occidit et exoritur . habet autem in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem; utrisque oculis singulas, in fronte media I; ex quibus locis cornua nascuntur, singulas . quae VII stellae Hyades appellantur, etsi nonnulli quas duas diximus nouissime, stellas negauerunt esse, ut omnino Hyades essent V . Praeterea in sinistro genu priore habet stellam I et super ungulam I, in dextro genu I et in interscapilio III, nouissimam earum ceteris clariorem; in pectore I . quae sunt omnino, praeter Uergilias, XVIII.

XXI GEMINI ab Aurigae dextra parte supra Oriona collocati uidentur, ita tamen, ut Orion inter Taurum et Geminos sit constitutus . capita eorum diuiduntur a reliquo corpore circulo eo, qui aestatem definire supra est dictus . ut conplexa corpora inter se tenentes occidunt directi a pedibus, exoriuntur autem inclinati ut iacentes . sed de his qui Cancro est proximus habet in capite stellam I claram, in utrisque humeris singulas claras, in dextro cubito I, in genibus utrisque singulas, in pedibus utrisque primoribus singulas; alter autem in capite I, in sinistro humero I, in dextro humero alteram, in utrisque mammis singulas, in dextro genu I, in sinistro genu I, in pedibus utrisque singulas, et infra sinistrum pedem unam, quae *πρόπους* appellatur.

D 4 nostri om. | 5 aduersus | 6 autem om. | 8 singulas om. | hiades | 11 genu I et uacua et ceruice I | 13 uigilias XVII | 14 auriga | 18 occidant | 25 tropos. — G 3 dicitur | 5 dixerunt | exoritur et occidit | 7 et quibus | 8 hyadae | 10 V tantum | 11 priore om. | 13 sunt XVIII praeter uergilias | 20 'claras . . . primoribus singulas' om. | 22 capite I in sinistro humero alteram in utrisque mammis singulas in sinistro genu I | 25 tropus.

---

2 sin. D uulg. sinistro | supra cp. 12 | 3 dextro G H uulg. sinistro . firmant hanc emendationem ea quae supra legimus et ap. Ar. Phaen. 178 sq. | 5 pliadas D G uulg. *Πλειάδας* | occ. etc. D uulg. oritur et occidit | 7 ex etc. *ἐπὶ τῆς ἐκφύσεως* Catast. 14 | 10 ut etc. cf. Hyg. Myth. cp. 192; Seru. Ge. 1, 138 | 11 super D G uulg. supra | genu I et in ceruicem uacuam unam, 1 Voss. sane quaedam h. l. exciderunt, ut perspici potest ex Catast. l. c. | 13 XVIII enumerat auctor Catast l. c., XV schol. German. | 14 Orionem U corona D | 17 aest. D G uulg. aestiuum | supra, cf. p. 24 | conpl. D uulg. compl. | 22 primoribus addidi ex D | capite etc. scripsi ex D uulg. 'capite unam, in utrisque mammis singulas, in sinistro humero unam, in pedibus utrisque etc. cf. Catast 10.

XXII CANCER. Hunc medium diuidit circulus aestiuus ad Leonem et ad exortus spectantem, paululum supra caput Hydrae collocatum, occidentem et exorientem posteriore corporis parte hic habet in ipsa testa stellas II, quae Asini uocantur, de quibus ante iam diximus; in dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro pede primo II, in secundo II obscuras, in tertio I, in quarto primo I obscuram, in ore I; in ea quae chela dexterior dicitur, tres similes, non grandes; in sinistra similes II . omnino est stellarum XVII.

XXIII LEO spectans ad occasum supra corpus Hydrae, a capite qua Cancer instat usque ad mediam partem eius constitutus, medius aestiuo circulo diuiditur, ut sub ipso orbe priores pedes habeat collocatos; occidens a capite et exoriens . hic habet in capite stellas III, in ceruicibus II, in pectore I, in interscapilio III, in media cauda I, in extrema alteram, sub pectore II, in pede priore claram I, in uentre claram I et infra alteram magnam, in lumbis I, in posteriore genu I, in pede posteriore I claram . omnino est stellarum XVIIII.

XXIV UIRGO infra pedes Bootis collocata, capite posteriorem partem Leonis, dextra manu circulum aequinoctialem tangit; at inferiorem corporis partem supra Coruum et Hydrae caudam habere perspicitur, occidens capite prius quam ceteris membris . huius in capite est stella obscura I, utrisque humeris singulae, in utrisque pennis binae, quarum una quae est in dextra penna ad humerum defixa, *προτρυγητήρ* uocatur . praeterea habet in utrisque manibus singulas stellas; quarum una, quae

D 2 et exortum exspectantem | 10 exspectans | 13 habet hic | 19 beotis | 25 pinna. — G 2 leonem exortus | spectantem om. | 3 orientem | 4 hic autem | appellantur | 6 primo pede | 8 est. om. | 10 super | 11 eius partem | 17 'in post. genu I' om. | posteriori pede | 18 stellarum est | 19 infra circulum bootis | 21 super | 23 I obscura | 25 prothrigeter.

2 paul. G paull. D | 4 hic D uulg. hic autem | 5 iam addidi ex D | 6 pede pr. D uulg. pr. pede | in sec. D G uulg. et in sec. | tercio D G | 9 XVII cf. Catast. 11; Schol. Germ. p. 393 Eyss. | 16 pr. claram I D uulg. pr. unam claram | 17 post. D uulg. posteriori | omnino D G uulg. Ita omnino | 19 Bootae, Sch. aliique . recte sane, sed genitiuus Bootis est etiam apud Auienum | 21 at D G uulg. ac | corp. part. D G uulg. part. corp. | 22 habere spicas G sed spicae, quae in sqq. commemorantur, huc non pertinent | 23 obsc. I D uulg. una obsc. | utr. D G uulg. in utrisque | 25 dextera D h. l. et in sqq. sed aliis locis, ut paulo antea, in eodem est 'dextra' | protrigeter (suprascr. protrigetur) D cf. Ar. Phaen. 138. latine uindemiator uel uindemitor appellatur.

est in dextra manu maior et clarior, cum spicis conspicitur. in ueste autem habet passim dispositas stellas X et in utrisque pedibus singulas. ita est omnino stellarum XVIIII.

XXV SCORPIUS. Huius prior pars quae Chelae dicuntur, ita premuntur ab aequinoctiali circulo, ut eum sustinere uideantur. ipse autem pedibus Ophiuchi, de quo superius diximus, subditus, extrema cauda circulum hiemalem contingere uidetur; neque longe est ab eo signo, quod pro hostia Centaurus ferre perspicitur. occidit inclinato corpore, exoritur autem erectus a Chelis. hic habet stellas in his, quae Chelae dicuntur, in unaquaque earum binas, e quibus primae sunt clariores; praeterea habet in fronte stellas III quarum media est clarissima, in interscapilio III, in uentre II, in cauda V, in acumine ipso, quo percutere existimatur II. ita est omnino stellarum XVIIII.

XXVI SAGITTARIUS autem spectans ad occasum Centauri corpore figuratur, uelut mittere incipiens sagittam, a pedibus usque ad humeros in hiemali circulo collocatus, ita ut caput solum eius extra eum circulum, quem supra diximus, apparere uideatur; cuius arcus lacteo circulo medius diuiditur. ante pedes huius est quaedam corona stellis effecta, de qua superius diximus. hic praeceps occidit, exoritur directus. habet autem in capite stellas II, in arcu II, in sagitta I, in dextro cubito I, in manu priore I, in uentre I, in interscapilio II, in cauda I, in priore genu I, in pede I, in inferiore genu I, in poplite I. omnino XV. corona autem Centauri est stellarum VII.

D 1 clarior ea conspicitur | 2 ex utrisque | 10 chele | 15 exspectans | 16 uelud | 17 collocatur. — G 1 clarior ea ubi spicae sunt esse dicitur | 2 habet positas stellas VII | et om. | 3 singulas. Stellarum est XVIIII | 7 cauda om. 8 est longe | ferre uidetur | 11 praeterea in fronte III quarum | 13 II. stellarum est XVIIII | 15 autem om. | 16 figuratus | emittere sagittas incipiens | 18 eum om. | 20 stella | prius | 21 capite II stellas | 24 poblite I. omnes XVI | 25 Centauri om.

---

1 clarior etc. ita legendum arbitror, uulg. 'clarior, ea cum spicis esse dicitur'. U aliique haec habent 'clarior conspicitur' sed addendum uidetur 'cum spicis' quae uerba propter similem sonum facile excidere poterant | 2 st X D uulg. st. septem, sed hoc ex sqq. non est probandum, ubi stellae XIX omnino numerantur | 9 occ. autem . . . exoritur erectus D; occ. autem . . . exoritur autem erectus G atque sic uulgo scribunt, cf. infra cp. 27 et 30 | 11 e D G uulg. ex | 12 int. D G omissa praepositione h. l. et alibi, ut iam supra dixi; in G plerumque scribitur 'inter scapilio' | 16 sag. D uulg. sagittas | 20 superius D uulg. prius, ut infra cp. 34 | 22 pr. D uulg. priori | 23 pr. D G uulg. priori | 24 inf. D G uulg. inferiori | omnino D uulg. Omnino est stellarum.

XXVII CAPRICORNUS ad occasum spectans et totus in zodiaco circulo deformatus, cauda et toto corpore medius diuiditur ab hiemali circulo, suppositus Aquarii manu sinistrae . occidit praeceps, exoritur autem directus . sed habet in naso stellam I, infra ceruices I, in pectore II, in priore pede I, in priore eodem alteram, in interscapilio VII, in uentre V, in cauda II . omnino est stellarum XXIIII.

XXVIII AQUARIUS pedes habet in hiemali circulo defixos, manum autem sinistram usque ad Capricorni porrigens tergus, dextra iubam Pegasi prope coniungens, spectat ad ortum . qui cum ita sit figuratus, necesse est corpore eum prope resupinato uideri . effusio aquae peruenit ad eum Piscem, qui solitarius figuratur, de quo posterius dicemus . sed Aquarius et occidit et exoritur capite prius quam reliquis membris . hic habet in capite stellas II obscuras, in utrisque humeris singulas magnas, in sinistro cubito I grandem, in manu priore I, infra mammas singulas obscuras, in lumbo interiore I, in utrisque genibus singulas, in dextro crure I, in utrisque pedibus singulas . omnino XIIII . effusio aquae cum aquali ipsa stellarum est XXX, sed in his omnibus prima et nouissima clara uidetur.

XXIX PISCES. Horum alter notius, alter boreus appellatur, ideo quod unus eorum, qui boreus dicitur, inter aequinoctialem et aestiuum circulum sub Andromedae brachio collocatus et arcti-

---

D 1 exspectans | 2 et om. | 3 sinistra | 9 dextram | 10 exspectat | 15 singulas [magnas . in sinistro cubito I grandem . in manu priore I . in utrisque membris singulas] obscuras . infra mammas singulas : in lumbo | 18 XII | 19 cum a quili. — G 3 sinistra manu | 4 erectus . habet in nasu | 5 ceruicem | 7 stellarum est omnino | 9 ad om. | 10 pegasi iubam contingens | exortus | 11 eum corpore | 13 postea | 14 prius quam capite | 15 stellas II in capite | 16 'infra . . . crure I in utrisque' om. | 19 aquario ipso | 23 circulum om. | et om.

---

3 uulg. manui sinistrae . adsentior Munckero, qui legendum putat manu sinistrae'. . manu etiam D G habent | 7 XXVI D G uulg. uiginti; sed scribendum uidetur XXIIII ex Catast. 27 et Schol. Germ. p. 409 Eyss. ex quibus apparet nonnulla h. l. excidisse . Schol. Germ. l. c. sic incipit: habet stellas in singulis cornibus singulas etc. | 10 coni. D uulg. contingens | ortum D uulg. exortus | 15 magnas etc. quae paulo antea ex D parenthesi inclusa proposui, linea ducta deleta sunt | 16 'infra m. sing.' scripsi ex D et 3 Ul; uulg. in utrisque mammis, cf. Catast. cp. 26 | 17 int. D uulg. interiori | 18 omnino D G uulg. omnino est stellarum, cf. supra cp. 26 | XIIII G uulg. quatuordecim | 19 aquali scripsi ex 2 Ul. aliisque; uulg. aquario ipso . perperam in nonnullis libris scribitur aquili | ipsa uelle uidetur D; cf. Neue, Form. I p. 707 | st. est D G uulg. est st. | 20 uidetur addidi ex G.

circuli qui arcticus uocatur, contingens extremum pedem sinistrum eius qui Engonasin uocatur . sinistram autem alam habet paululum extra circulum aestiuum, paene coniungens pedibus Pegasi . Aestiuus autem circulus rostrum eius à reliquo corpore diuidit . cauda iungitur extrema cum capite Cephei . hic cum Uirgine et Chelis orientibus occidens, prius capite quam reliquis membris deuenit ad terram, exoritur autem cum Capricorno . hic habet in capite stellam clare lucentem I, in collo alteram pari fulgore, in utrisque pennis quinas, supra caudam I. omnino habet stellas XIII.

VIII CEPHEUS a tergo minoris Arcti constitutus, includitur arctico circulo a pedibus ad pectus, ut praeter humeros et caput eius nihil occidere uideatur; neque longe abest a flexu Draconis, quem capite primum efficere uidetur. Cepheus autem manibus utrisque proiectis figuratus, tanto dissidet interuallo a pedibus Arcti minoris, quantum spatium inter pedes Cephei uidetur . huius caput Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. hic autem habet in capite stellas II, in manu dextra I, item in cubito obscuram I, in sinistra manu et humero singulas, in dextro humero I, in zona, quae medium eius diuidit corpus, III stellae clarae uidentur, in latere dextro obscura I, in sinistro genu II, in utrisque pedibus singulae, supra pedes stellae IIII . hic totus omnino stellarum est XVIIII.

IX CASSIEPIA sedens in siliquastro conlocata est . cuius sedilis et ipsius Cassiepiae pedes positi sunt in ipsa circumductione circuli, qui arcticus uocatur; effigies autem corporis ad aestiuum circulum peruenit, quem capite et dextra manu tangit . hanc prope mediam diuidit circulus is, qui lacteus appellatur, proxime Cephei signum conlocatam . haec occidens cum Scorpione exoriente capite cum sedili resupina ferri perspicitur, exoriri autem cum Sagittario . huius in capite stella ostenditur I, in utroque humero I,

---

D 5 hic om. | 9 XII | 10 arcturi | 15 arcturi | 23 Cassiepya | 24 sedile | 28 conlocatum. — G 2 dicitur | 5 extrema om. | 10 contingens | 15 spacium | 16 autem exoriri uidetur | 17 Habet autem hic | 18 I obscuram | 19 medium eum diuidit | corpus om. | 21 stellae III . omnino stellarum XVIIII | 23 Casiopeia | collocata | 24 casiopiae | 27 lacteus dicitur proxime iuxta signum cephei collocatam | 30 I ostenditur.

---

1 arcticos U | 6 orientibus addidi ex H | 14 porrectis, cod. Paris. | 15 perperam 'huius corpus' D G aliique, cf. Arat. Phaen. 631 | 23 uulg. Cassiepeia cf. supra p. 29 | 24 uulg. Cassiepeiae | sunt addidi ex D G | 25 arcticos, codd. St. in D h. l. et alibi arcticos corr. in arcticus | 26 dextra D G h. l. et alibi, uulg. dextera | 28 collocatam G uulg. conlocatum | cum scorp. D G uulg. Scorpione | exor. om. D G.

in papilla dextra clara I, in lumbis magna I, in sinistro femine duae, in genu I, in pede primori dextro I; in quadrato, quo sella deformatur, una; in angulis utrisque singulae clarius ceteris lucentes . haec igitur est omnino stellarum XIII.

X ANDROMEDA proxime Cassiepiam, supra caput Persei breui interuallo dissidente collocata perspicitur, manibus diuersis uincta, ut antiquis historiis est traditum . cuius caput equi Pegasi uentri coniungitur; eadem enim stella et umbilicus Pegasi et Andromedae caput appellatur . huius medium pectus et manum sinistram circulus aestiuus diuidit . occidit autem cum Pisce de duobus secundo, quem Andromedae subiectum brachio supra diximus, exoriente Libra et Scorpione, capite prius quam reliquo corpore perueniens ad terram . exoritur autem cum Piscibus et Ariete.

Haec habet in capite stellam clare lucentem I, in utroque humero I, in cubito dextro I, in ipsa manu I, in sinistro cubito I, in brachio I, in manu alteram, in zona III, supra zonam IIII, in utroque genu I, in pedibus autem binas . ita omnino est stellarum XX.

XI PERSEUS. Huius sinistrum crus et humerum laeuum circulus aestiuus a reliquo corpore diuidit . ipse manu dextra arctoum circulum tangit, dextro pede caput Aurigae premere uelut currens uidetur . idem occidens Sagittario et Capricorno exorto, inclinatus ad caput uersus cum Ariete et Tauro rectus exoritur . habet autem in utroque humero stellam I, in manu dextra clare lucentem I qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgona interfecit; in sinistra alteram, qua caput Gorgonis tenere existimatur . habet

---

D 2 stella | 4 XIIII. — G 1 femine sinistro | 4 Hec est stellarum | 5 proxima cassiopeiae super | 6 uidetur | 7 iuncta | historiis om. | 15 stellam I clare lucentem | 16 'in cubito dextro I' om. | 17 super | 18 autem om. | binas . stellarum XX | 23 uidetur uelut currens | 24 ad om.

---

1 fem. D G uulg. femore | 2 primori addidi ex D | 3 una om. D G | cet. D G uulg. caet. | 5 cass. D uulg. Cassiepeiam | 11 supra . sciendum est haec in iis quae supra proposita sunt non inueniri; sed legimus eadem infra cp. 29 | 15 uulg. 'Haec ut supra diximus' sed ultima uerba eicienda mihi uidentur, ut immissa ex iis quae antecedunt . sane librarios h. l. peccasse apparet ex D in quo haec proponuntur: Haec supra diximus habet | 17 supra z. idem habet Schol. Germ. p. 398 Eyss. Grotius uult 'sub zona' ex Catast. 17 | 20 leuum D G | 22 arctoum D uulg. arcticum | caput . hoc ex tabulis astronomicis non probandum est; puto legendum 'crura' . in D additur in margine: crura uel tergus | 24 incl. D G uulg. inclinatur | 26 gorgona D G uulg. Gorgonem, cf. supra lib. II, 12.

praeterea in uentre stellam I, in lumbis alteram, in dextro femine I, ad genu I, in tibia I, in pede I obscuram, in sinistro femine I et in genu alteram, in tibia duas; in sinistra manu, quod Gorgonis caput uocatur, stellas IIII . omnino est stellarum XVIIII . caput eius et falx sine sideribus apparet.

Hunc Aratus cum diceret inter astra *κεκονισμένον* figuratum, acceperunt complures eum puluerulentum dictum; quod minime conuenit posse inter sidera etiam puluerulentum apparere . quod si esset, dignior erat Orion, cui idem adscriberetur; primum quod assidue est uenatus et semper in terra fuit, deinde quod adhuc inter sidera uenari uidetur . Perseus autem qui assidue uolaret, non potest puluerem habere . quod igitur est: cum uellet Aratus eum currentem obscure significare, usus Aeoliorum ratione, cum *κεκονισμένον* dixit . Aeolii enim cum uolunt aliquem decurrere significare, *κεκονίσθαι* dicunt; id quod Aratus uult demonstrare, non ut illum uolantem assidue puluerulentum dicat . quod a multis perperam est intellectum.

XII Heniochus autem circulo aestiuo genuum fine, praeterea ab humero sinistro usque ad zonam diuiditur ab eo, quem supra lacteum orbem diximus . huius pes dexter Tauri sinistro cornu stella coniungitur una; manu ut lora tenens figuratur . cuius in humero sinistro Capra, in manu autem duo Haedi duabus stellis

---

D 13 aetholorum | 14 ceconismenon | aetholi | decurre | 15 adpoconise | 21 stellae | 22 aedi | duabus om. — G 1 lumbis I in dextro | 2 in genu | obscuram I in dextro femine I in genu I in tibia I | 4 XVII | 6 sydera | 7 dicere | 8 'etiam puluerulentum' om. | 13 etholorum | 14 econismenon | etholi | decurrerei | 15 apoconisse | idem quod | 16 illum om. | dicit | 19 super | 21 coniungitur stella | manibus | 22 hedi.

---

2 ad genu D uulg. in genu | 4 XVIIII sed re uera enumerantur XVIII . fortasse olim in iis quae antecedunt sic legebatur 'habet autem in capite stellam I (cf. Catast. 22), in utroque' etc. quod si additur, fiunt XVIIII | 6 ceconismenon D G h. l. et in sqq. | 7 dictum D uulg. dicere | 9 adscr. D ascr. G | 10 deinde D G uulg. denique | 11 uolabat U; M. coni. uolarit | 12 quod etc. D Quid igitur est? G; uulg. Quid igitur? | 13 usus Ae. rat., i. e. *αἰολιστί* | uulg. 'Aetolorum' et in sqq. Aetoli . quod dedi, uoluit Grotius | 14 apud Homerum et Aratum est antiquior forma *κεκονιμένος* | 15 uulg. *ἀποκονίσαι*, U habet 'ceconisse' quare legendum arbitror *κεκονίσθαι* . disputat de hoc loco Wesseling. Obseru. p. 246 sq. | uult D G uulg. uoluit | 18 gen. fine, cf. supra p. 2 et infra lib. IV, 12 | 20 pes d. D uulg. d. pes | 21 una, cf. Seru. Ge. 1, 205 . Hasper ex cod. Paris. sic scribit 'cornu coniungitur . Una manu' | manu D uulg. Manibus . sed in altera manu haedi constituti sunt | 22 manu, i. e. sinistra, cf. Catast. 13; Seru. Ge. l. c. | uulg. Hoedi h. l. et alibi.

formati dicuntur . Totus autem pedibus Persei subiectus, caput habens contra Ursae maioris aspectum . hic occidere Sagittarii et Capricorni exortu uidetur; exoriri autem Ophiucho et Engonasin occidentibus . habet praeterea in capite stellam I, in utroque humero I, sed in sinistro clariorem, quae Capra uocatur; in utroque cubito I; in manu II, quae Haedi appellantur, stellis prope occidentibus ficti.

XIII OPHIUCHUS inclinatus a capite, ut qui resupinari uidetur, anguem manibus tenere figuratur . huius autem humeri aestiuo circulo diuiduntur a reliquo corpore . ipse genuum fine ab aequinoctiali circulo terminatur, pede sinistro premens oculos, dextro autem testudine Scorpionis innixus . anguis autem, qui ab eo tenetur, prope extremo ore Coronam contingit, medium ut praecingens Ophiuchum, ad caudam breuior quam superiore corpore, qua manus sinistra ipsius signi figuratur; ita tamen, ut extrema cauda circulum aequinoctialem cum Aquilae cauda iungat . occidens exortu Geminorum, Cancri, Leonis peruenit ad terram; exoriens autem cum Scorpione et Sagittario apparet . hic habet in capite stellam I, in utroque humero singulas, in sinistra manu III, in dextra IIII, in lumbis II, in utroque genu singulas, in dextro crure I, in utroque pede singulas, sed clariorem in dextro . itaque est omnino stellarum XVII.

Anguis habet in summo capite II, sub capite IIII uno loco omnes; ad manum ipsius Ophiuchi sinistram duas, sed quae maxime ad corpus eius accedit, clariorem; et in dorso Anguis ad ipsam corporis coniunctionem V, et in prima curuatura caudae IIII, in secunda caput uersus habet stellas VI . ita est omnino trium et uiginti stellarum.

XIV SAGITTA inter duos circulos, aestiuum et aequinoctialem, supra Aquilae signum posita, diuiditur ab eo circulo, qui utroque polo subiectus ad Cancrum et Capricornum peruenit .

D 6 aedi | 14 a cauda. — G 1 persei pedibus | 2 sagittari | 4 praeterea om. | I stellam | 5 dicitur | 7 facti | 9 figuratus | autem om. | 12 testudini | 27 stellas VI . stellarum est XXIII | 30 super.

---

3 'exor. . . . occidentibus' om. D G | 6 'occid. formati . Ita omnino sunt numero VII' U aliique | 7 uulg. 'facti'; quod in D corr. in ficti | 9 ang. man. D uulg. man. ang. | fig. D uulg. figuratus | 12 test. D uulg. testudini | 14 ad c. G uulg. a cauda | sup. D G uulg. superiori | 15 manu D G | 17 leonis D G uulg. et Leonis | 23 Ang. D G uulg. Ang. autem | 30 supra D uulg. super | 31 utroque D G uulg. utrique.

huius acumen ad Equi pedum regionem spectat; altera pars ad humeros Ophiuchi tendit . haec occidit Uirginis ortu, oritur autem cum Scorpione . habet omnino stellas IIII, quarum una in principio materiae, altera in medio, duae reliquae in eo loco quo ferrum solet affigi, diuersae uidentur.

XV AQUILA ala dextra non multum extra circulum aequinoctialem prodire, sinistra autem non longe a capite Ophiuchi figurata uidetur . praeterea rostrum eius a reliquo corpore diuidit circulus, quem supra diximus a Cancro ad Capricornum peruenire . media autem finitur ab eo, quem supra lacteum orbem demonstrauimus esse . haec occidit exorto Leone; exoritur autem cum Capricorno, habens in capite stellam I, in utraque penna I, in cauda I.

XVI DELPHINUS non longe ab Aquilae signo figuratus, incuruatione caudae nouissimae tangit aequinoctialis circuli circumductionem, capite prope coniungens equi Pegasi rostrum . hic exoritur cum Sagittarii posteriore parte; occidit autem cum Uirgo exorta est a capitis fine . habet autem in capite stellas II, supra caput ad ceruicem uersus II . ad ea quae in uentre uelut pennae uidentur, habet stellas III, in scapulis I, in cauda II . omnino est stellarum VIIII.

XVII EQUUS arcticum circulum spectans, pedibus aestiuum orbem, extremo ore caput Delphini tangere uidetur, Aquarii manum dextram ceruice sua coniungens et utrisque Piscibus clausus, quos in duodecim signis postea demonstrabimus . huius in stellis corpus apparet usque ad umbilicum deformatum . qui occidit cum Pisce de duobus primo, qui supra tergum eius est fixus; exoritur

---

D 1 expectat | 22 exspectans. — G 3 Habet autem | 6 circulum om. | 7 a om. | 11 orto | 14 Delphin | figuratus om. | in curuatione | 16 contingens | 18 supra ceruicem II | 20 stellas om. | omnino om. | stellarum est | 22 estiuo orbe niti, extremo | 23 caput om. | 25 XII | 27 exoritur autem.

---

13 'cauda unam . Itaque omnino sunt quattuor' U aliique | 14 Delfinus D uulg. Delphin | 16 coni. D uulg. contingens . eadem uocabula etiam in sqq. saepius in Mss. confunduntur | 18 a capite G; a capite fine D; a capitis fine, 1 Mor., uulg. ad capitis finem | 19 ad om. 1 cod. St. cf. supra cp. 13 | 20 scap. D G uulg. scap. autem | 21 VIIII D G uulg. decem . sed in iis quae antecedunt error inesse uidetur . ex Catast. 31 et Schol. Germ. p. 412 Eyss. pro 'in capite stellas II' exspectares 'in ore stellam I' . nouem enumerat etiam Ouid. Fast. 2, 117 | 22 aest. etc. D uulg. Aestiuo orbe niti, extremo | 25 in d. sign., cf. infra cp. 29 | 27 fictus G; tergum est fictus D sed i. m. adponitur alia lectio: ei fixus.

cum Aquario toto et cum Pisce, cum quo occidit, et manu Aquarii dextra . hic habet in rostro stellas II obscuras, in capite I, in maxilla I, in utrisque auribus singulas, in ceruicibus IIII obscuras, sed maxime lucet, quae capiti proxima apparet; in humero claram I, in pectore I, in interscapilio I, in umbilico nouissimam I, quae Andromedae caput uocatur; in genibus utrisque singulas, in utrisque poplitibus singulas . ita est omnino stellarum XVIII.

XVIII DELTOTON autem in triangulum deformatur, aequis lateribus duobus, uno breuiore, sed prope aequali reliquis, inter aestiuum et aequinoctialem circulum supra caput Arietis, non longe ab Andromedae dextro crure et Persei manu sinistra conlocatum; cum Ariete toto occidens, oriens autem cum eiusdem dimidia priore parte . habet stellam in unoquoque angulo I.

Nunc protinus XII signorum figurationem dicemus, quorum est princeps Aries.

XIX ARIES in aequinoctiali circulo consistens, caput ad exortum habens conuersum, occidens a primis pedibus et exoriens caput infra Triangulum, quod supra diximus, tenens collocatum, pedibus prope caput coniungens Pistricis . habet autem in capite stellam I, in cornibus III, in ceruice II, in pede priore de primis I, in interscapilio IIII, in cauda I, sub uentre tres, in lumbis unam, in pede posteriore unam . omnino est stellarum XVII.

XX TAURUS ad exortum signorum dimidia parte conlocatus, ut incipere genua defigere uidetur ad terram, caput eodem habens

---

D 9 in aestiuum | 10 capud | 12 dimedia | 17 habens ad exortum | 18 capite | 22 XVIII | 23 dimedia. — G 4 proxima est, in | I claram | 5 nouissimam om. | 6 dicitur | 7 poblitibus singulas . stellae omnes XVII | 8 Delton ut triangulum | 9 prope om. | 12 exoriens | 13 unoquoque latere I | 15 quorum aries est particeps | 18 quod et | 19 contingens caput | 20 priore in primis | 22 stellarum est omnino | 24 incipe ac defigere ad terram uidetur.

---

1 cum quo etc. D G uulg. cum quo occidit et manus | 5 intersc. sciendum est in D G U praepositionem ante hanc uocem fere semper omitti . quod cum h. l. dixerim, in sqq. non adnotabo | ex Catast. 18 fortasse legendum est: nouissimam claram I | 7 XVII D G et sic uulgo scribunt, sed re uera sunt XVIII . tot enumerat etiam auctor Catast. l. c., Ouidius autem Fast. 3, 458 quindecim | 11 conl. D coll. G | 12 or. D uulg. exoriens | 14 uulgo sic scribunt: Cap. XIX Nunc protinus etc. | 18 quod D uulg. quod et | supra cf. cp. 18 | 19 coni. D uulg. contingens, cf. supra 16 | 20 ceru. II D G uulg. ceru. tres, cf. Catast. 19 | 21 'uentre I . tres in lumbis . unam in pede posteriore' D G sed legendum est 'uentre tres' cf. Catast. l. c. | 22 XVII G uulg. XVIII | 23 ex. D G uulg. ortum | conl. D coll. G | 24 ut etc. D uulg. 'ut incipere genu ac defigere' quae uerba sensum non praebent | def. perperam nonnulli legunt 'deficere' quod etiam in D suprascriptum est | uid. etc. D uulg. ad terram uidetur.

attentum . genua eius a reliquo corpore diuidit circulus aequinoctialis . cornu sinistrum, ut supra diximus, coniungitur cum dextro pede eius, qui Auriga appellatur . inter huius finitionem corporis et Arietis caudam stellae sunt VII quas Uergilias nostri, Graeci autem Pliadas appellauerunt . hic auersus occidit et exoritur . habet autem in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem; utrisque oculis singulas, in fronte media I; ex quibus locis cornua nascuntur, singulas . quae VII stellae Hyades appellantur, etsi nonnulli quas duas diximus nouissime, stellas negauerunt esse, ut omnino Hyades essent V . Praeterea in sinistro genu priore habet stellam I et super ungulam I, in dextro genu I et in interscapilio III, nouissimam earum ceteris clariorem; in pectore I . quae sunt omnino, praeter Uergilias, XVIII.

XXI GEMINI ab Aurigae dextra parte supra Oriona collocati uidentur, ita tamen, ut Orion inter Taurum et Geminos sit constitutus . capita eorum diuiduntur a reliquo corpore circulo eo, qui aestatem definire supra est dictus . ut conplexa corpora inter se tenentes occidunt directi a pedibus, exoriuntur autem inclinati ut iacentes . sed de his qui Cancro est proximus habet in capite stellam I claram, in utrisque humeris singulas claras, in dextro cubito I, in genibus utrisque singulas, in pedibus utrisque primoribus singulas; alter autem in capite I, in sinistro humero I, in dextro humero alteram, in utrisque mammis singulas, in dextro genu I, in sinistro genu I, in pedibus utrisque singulas, et infra sinistrum pedem unam, quae *πρόπους* appellatur.

D 4 nostri om. | 5 aduersus | 6 autem om. | 8 singulas om. | hiades | 11 genu I et uacua et ceruice I | 13 uigilias XVII | 14 auriga | 18 occidant | 25 tropos. — G 3 dicitur | 5 dixerunt | exoritur et occidit | 7 et quibus | 8 hyadae | 10 V tantum | 11 priore om. | 13 sunt XVIII praeter uergilias | 20 'claras . . . primoribus singulas' om. | 22 capite I in sinistro humero alteram in utrisque mammis singulas in sinistro genu I | 25 tropus.

---

2 sin. D uulg. sinistro | supra cp. 12 | 3 dextro G H uulg. sinistro . firmant hanc emendationem ea quae supra legimus et ap. Ar. Phaen. 173 sq. | 5 pliadas D G uulg. *Πλειάδας* | occ. etc. D uulg. oritur et occidit | 7 ex etc. *ἐπὶ τῆς ἐκφύσεως* Catast. 14 | 10 ut etc. cf. Hyg. Myth. cp. 192; Seru. Ge. 1, 138 | 11 super D G uulg. supra | genu I et in ceruicem uacuam unam, 1 Voss. sane quaedam h. l. exciderunt, ut perspici potest ex Catast. l. c. | 13 XVIII enumerat auctor Catast l. c., XV schol. German. | 14 Orionem U corona D | 17 aest. D G uulg. aestiuum | supra, cf. p. 24 | conpl. D uulg. compl. | 22 primoribus addidi ex D | capite etc. scripsi ex D uulg. 'capite unam, in utrisque mammis singulas, in sinistro humero unam, in pedibus utrisque etc. cf. Catast 10.

XXII CANCER. Hunc medium diuidit circulus aestiuus ad Leonem et ad exortus spectantem, paululum supra caput Hydrae collocatum, occidentem et exorientem posteriore corporis parte hic habet in ipsa testa stellas II, quae Asini uocantur, de quibus ante iam diximus; in dextris pedibus singulas obscuras, in sinistro pede primo II, in secundo II obscuras, in tertio I, in quarto primo I obscuram, in ore I; in ea quae chela dexterior dicitur, tres similes, non grandes; in sinistra similes II . omnino est stellarum XVII.

XXIII LEO spectans ad occasum supra corpus Hydrae, a capite qua Cancer instat usque ad mediam partem eius constitutus, medius aestiuo circulo diuiditur, ut sub ipso orbe priores pedes habeat collocatos; occidens a capite et exoriens . hic habet in capite stellas III, in ceruicibus II, in pectore I, in interscapilio III, in media cauda I, in extrema alteram, sub pectore II, in pede priore claram I, in uentre claram I et infra alteram magnam, in lumbis I, in posteriore genu I, in pede posteriore I claram . omnino est stellarum XVIIII.

XXIV UIRGO infra pedes Bootis collocata, capite posteriorem partem Leonis, dextra manu circulum aequinoctialem tangit; at inferiorem corporis partem supra Coruum et Hydrae caudam habere perspicitur, occidens capite prius quam ceteris membris . huius in capite est stella obscura I, utrisque humeris singulae, in utrisque pennis binae, quarum una quae est in dextra penna ad humerum defixa, *προτρυγητήρ* uocatur . praeterea habet in utrisque manibus singulas stellas; quarum una, quae

D 2 et exortum exspectantem | 10 exspectans | 13 habet hic | 19 beotis | 25 pinna. — G 2 leonem exortus | spectantem om. | 3 orientem | 4 hic autem | appellantur | 6 primo pede | 8 est. om. | 10 super | 11 eius partem | 17 'in post. genu I' om. | posteriori pede | 18 stellarum est | 19 infra circulum bootis | 21 super | 23 I obscura | 25 prothrigeter.

2 paul. G paull. D | 4 hic D uulg. hic autem | 5 iam addidi ex D | 6 pede pr. D uulg. pr. pede | in sec. D G uulg. et in sec. | tercio D G | 9 XVII cf. Catast. 11; Schol. Germ. p. 393 Eyss. | 16 pr. claram I D uulg. pr. unam claram | 17 post. D uulg. posteriori | omnino D G uulg. Ita omnino | 19 Bootae, Sch. aliique . recte sane, sed genitiuus Bootis est etiam apud Auienum | 21 at D G uulg. ac | corp. part. D G uulg. part. corp. | 22 habere spicas G sed spicae, quae in sqq. commemorantur, huc non pertinent | 23 obsc. I D uulg. una obsc. | utr. D G uulg. in utrisque | 25 dextera D h. l. et in sqq. sed aliis locis, ut paulo antea, in eodem est 'dextra' | protrigeter (suprascr. protrigetur) D cf. Ar. Phaen. 138. latino uindemiator uel uindemitor appellatur.

est in dextra manu maior et clarior, cum spicis conspicitur . in ueste autem habet passim dispositas stellas X et in utrisque pedibus singulas . ita est omnino stellarum XVIIII.

XXV SCORPIUS. Huius prior pars quae Chelae dicuntur, ita premuntur ab aequinoctiali circulo, ut eum sustinere uideantur . ipse autem pedibus Ophiuchi, de quo superius diximus, subditus, extrema cauda circulum hiemalem contingere uidetur; neque longe est ab eo signo, quod pro hostia Centaurus ferre perspicitur . occidit inclinato corpore, exoritur autem erectus a Chelis . hic habet stellas in his, quae Chelae dicuntur, in unaquaque earum binas, e quibus primae sunt clariores; praeterea habet in fronte stellas III quarum media est clarissima, in interscapilio III, in uentre II, in cauda V, in acumine ipso, quo percutere existimatur, II . ita est omnino stellarum XVIIII.

XXVI SAGITTARIUS autem spectans ad occasum Centauri corpore figuratur, uelut mittere incipiens sagittam, a pedibus usque ad humeros in hiemali circulo collocatus, ita ut caput solum eius extra eum circulum, quem supra diximus, apparere uideatur; cuius arcus lacteo circulo medius diuiditur . ante pedes huius est quaedam corona stellis effecta, de qua superius diximus . hic praeceps occidit, exoritur directus . habet autem in capite stellas II, in arcu II, in sagitta I, in dextro cubito I, in manu priore I, in uentre I, in interscapilio II, in cauda I, in priore genu I, in pede I, in inferiore genu I, in poplite I . omnino XV . corona autem Centauri est stellarum VII.

D 1 clarior ea conspicitur | 2 ex utrisque | 10 chele | 15 exspectans | 16 uelud | 17 collocatur. — G 1 clarior ea ubi spicae sunt esse dicitur | 2 habet positas stellas VII | et om. | 3 singulas . Stellarum est XVIIII | 7 cauda om. | 8 est longe | ferre uidetur | 11 praeterea in fronte III quarum | 13 II . stellarum est XVIIII | 15 autem om. | 16 figuratus | emittere sagittas incipiens | 18 eum om. | 20 stella | prius | 21 capite II stellas | 24 poblite I . omnes XVI | 25 Centauri om.

---

1 clarior etc. ita legendum arbitror, uulg. 'clarior, ea cum spicis esse dicitur' . U aliique haec habent 'clarior conspicitur' sed addendum uidetur 'cum spicis' quae uerba propter similem sonum facile excidere poterant | 2 st. X D uulg. st. septem, sed hoc ex sqq. non est probandum, ubi stellae XIX omnino numerantur | 9 occ. autem . . . exoritur erectus D; occ. autem . . . exoritur autem erectus G atque sic uulgo scribunt, cf. infra cp. 27 et 30 | 11 e D G uulg. ex | 12 int. D G omissa praepositione h. l. et alibi, ut iam supra dixi; in G plerumque scribitur 'inter scapilio' | 16 sag. D uulg. sagittas | 20 superius D uulg. prius, ut infra cp. 34 | 22 pr. D uulg. priori | 23 pr. D G uulg. priori | 24 inf. D G uulg. inferiori | omnino D uulg. Omnino est stellarum.

XXVII CAPRICORNUS ad occasum spectans et totus in zodiaco circulo deformatus, cauda et toto corpore medius diuiditur ab hiemali circulo, suppositus Aquarii manu sinistrae . occidit praeceps, exoritur autem directus . sed habet in naso stellam I, infra ceruiĉes I, in pectore II, in priore pede I, in priore eodem alteram, in interscapilio VII, in uentre V, in cauda II . omnino est stellarum XXIIII.

XXVIII AQUARIUS pedes habet in hiemali circulo defixos, manum autem sinistram usque ad Capricorni porrigens tergus, dextra iubam Pegasi prope coniungens, spectat ad ortum . qui cum ita sit figuratus, necesse est corpore eum prope resupinato uideri . effusio aquae peruenit ad eum Piscem, qui solitarius figuratur, de quo posterius dicemus . sed Aquarius et occidit et exoritur capite prius quam reliquis membris . hic habet in capite stellas II obscuras, in utrisque humeris singulas magnas, in sinistro cubito I grandem, in manu priore I, infra mammas singulas obscuras, in lumbo interiore I, in utrisque genibus singulas, in dextro crure I, in utrisque pedibus singulas . omnino XIIII . effusio aquae cum aquali ipsa stellarum est XXX, sed in his omnibus prima et nouissima clara uidetur.

XXIX PISCES. Horum alter notius, alter boreus appellatur, ideo quod unus eorum, qui boreus dicitur, inter aequinoctialem et aestiuum circulum sub Andromedae brachio collocatus et arcti-

---

D 1 exspectans | 2 et om. | 3 sinistra | 9 dextram | 10 exspectat | 15 singulas [magnas . in sinistro cubito I grandem . in manu priore I . in utrisque membris singulas] obscuras . infra mammas singulas : in lumbo | 18 XII | 19 cum a quili. — G 3 sinistra manu | 4 erectus . habet in nasu | 5 ceruicem | 7 stellarum est omnino | 9 ad om. | 10 pegasi iubam contingens | exortus | 11 eum corpore | 13 postea | 14 prius quam capite | 15 stellas II in capite | 16 'infra . . . crure I in utrisque' om. | 19 aquario ipso | 23 circulum om. | et om.

---

3 uulg. manui sinistrae . adsentior Munckero, qui legendum putat manu sinistrae'. . manu etiam D G habent | 7 XXVI D G uulg. uiginti; sed scribendum uidetur XXIIII ex Catast. 27 et Schol. Germ. p. 409 Eyss. ex quibus apparet nonnulla h. l. excidisse . Schol. Germ. l. c. sic incipit: habet stellas in singulis cornibus singulas etc. | 10 coni. D uulg. contingens | ortum D uulg. exortus | 15 magnas etc. quae paulo antea ex D parenthesi inclusa proposui, linea ducta deleta sunt | 16 'infra m. sing.' scripsi ex D et 8 Ul; uulg. in utrisque mammis, cf. Catast. cp. 26 | 17 int. D uulg. interiori | 18 omnino D G uulg. omnino est stellarum, cf. supra cp. 26 | XIII G uulg. quatuordecim | 19 aquali scripsi ex 2 Ul. aliisque; uulg. aquario ipso . perperam in nonnullis libris scribitur aquili | ipsa uelle uidetur D; cf. Neue, Form. I p. 707 | st. est D G uulg. est st. | 20 uidetur addidi ex G.

cum polum spectans constituitur; alter autem est in zodiaco circulo extremo sub scapulis Equi non longe ab aequinoctiali circulo collocatus, spectans ad occasum . hi pisces quibusdam stellis ut lineola ab Arietis pede primo coniunguntur . quorum inferior ante occidere et exoriri uidetur . habet autem stellas XVII et boreus omnino XII . coniunctio eorum habet ad aquilonem spectantes stellas III, ad alteram partem III, ad exortum III, in commissura III, omnino XII . horum coniunctionem, quae a pede Arietis primo notatur, Aratus graece *σύνδεσμον ἐπουράνιον*, Cicero nodum caelestem dicit; qui utrique uolunt significare eum nodum non solum Piscium, sed etiam totius sphaerae esse . quo enim loco circulus ab Arietis pede mesembrinos dicitur, qui meridiem significat, et quo loco is circulus mesembrinos coniungitur et transit aequinoctialem circulum, in ipsa coniunctione circulorum nodus Piscium significatur . quare eum non modo Piscium, sed etiam caelestium nodum uerum appellauerunt.

XXX PISTRIX a cauda media diuiditur ab hiemali circulo, spectans ad exortum, rostro prope posteriorem Arietis pedem iungens . huius priorem partem corporis, quae spectat ad exortum, prope alluere flumen uidetur . haec occidit exorto Cancro et Leone, exoritur autem cum Tauro et Geminis . sed habet in extrema cauda II obscuras, ab eo loco usque ad reliqui corporis curuaturam V, sub uentre VI, omnino XIII.

XXXI ERIDANUS a sinistro pede profectus Orionis et perueniens usque ad Pistricem rursus diffunditur ad Leporis pedes et protinus ad antarcticum circulum tendit . huius figurationem

---

D 1 exspectans | 2 equi om. | 3 exspectans | 4 lineolo | 7 exspectans | 11 sed iam et tocius | 12 mesenbrinos | 13 mesenbrinus | 18 exspectans | 19 exspectat | exortus. — G 8 Hii | 7 spectans | 'ad alteram . . . XII' om. | 12 meusembrinos | 12 'dicitur . . . mesembrinos' om. | 16 celestium | 18 exortus | 20 flumen Eridanus | 23 omnino est XIIII | 25 rursum.

---

7 uulg. spectans . quod dedi, uoluit M. ex 2 Ul. | 9 Ar. Phaen. 245 | graeca in D G litteris grandibus scripta sunt | 10 Cicero in Arateis sic uertit 'quem ueteres soliti caelestem dicere nodum' . idem N. D. 2, 42 aeternum nodum eum appellat | celestem D G uulg. coel. | 12 uulg. h. l. *μεσημβρινός* et in sqq. Mesembrinos | 13 sign. D uulg. significet | 16 cael. D uulg. coel. | uerum addidi ex D G; in codd. Ul. additur rerum | 17 Pistrix cf. Cic. Arat. 152; Cetus est supra et ap. schol. German. | cauda m. D G uulg. m. cauda | 18 ex. D uulg. h. l. exortus et in sqq. exortum | coniungens, 1 Ul. aliique | 20 flumen D uulg. flumen Eridanus, cf. infra lib. IV, 12. *ποταμός* est etiam ap. Ar. Phaen. 357 | 23 omnino D uulg. omnino sunt | 25 rursus D uulg. rursum | 26 ant. D G uulg. Arcticum.

hiemalis circulus diuidit ab eo loco, quo prope coniungitur Ceto . hic Scorpione et Sagittario exorto occidere, exoriri autem cum Geminis et Cancro uidetur . habet autem stellas in prima curuatura III, in secunda III, item in tertia usque ad nouissima VII . omnino est stellarum XIII.

XXXII LEPUS autem infra sinistrum pedem Orionis per hiemalem circulum fugiens et ab eo inferiore parte corporis diuisus, occidit Sagittario exorto, oritur cum Leone . habet autem stellas in utrisque auribus singulas, in corpore passim dispositas II, in pedibus prioribus singulas . ita sunt omnino VI.

XXXIII ORION. Hunc a zona et reliquo corpore aequinoctialis circulus diuidit, cum Tauro decertantem collocatum, dextra manu clauam tenentem et incinctum ense spectantem ad occasum, et occidentem exorta Scorpionis posteriore parte et Sagittario exoriente, cum Cancro autem toto corpore pariter exsurgentem . hic habet in capite stellas III claras, in utrisque humeris singulas, in dextro cubito obscuram I, in manu similiter I, in zona III, in eo quo gladius eius deformatur III obscuras, in utrisque genibus singulas claras, in pedibus singulas . sunt omnino XVII.

XXXIV CANIS Leporem fugientem consequens posterioribus pedibus diuiditur ab hiemali circulo, pedem dextrum Orionis paene suo capite coniungens, capite ad occasum spectans, sed caput ad aequinoctialem circulum tendit; occidens oriente Sagittario, exoriens autem cum Cancro . hic canis habet in lingua stellam I, quae stella Canis appellatur, in capite autem alteram, quam nonnulli Sirion appellant, de quo prius diximus . praeterea habet in utrisque

D 3 stellas om. | 6 Lepus est | 13 clauem | exspectantem | 15 exoriente et cancro in toto | 20 XVIII | 23 exspectans. — G 1 ceto coniungitur | 2 hic scorpione om. | 4 item om. | tercia | nouissimam VII . stellarum hic est XIII | 6 autem om. | 13 cinctum | 15 exurgentem | 17 manu om. | 22 ab hiemali circulo diuiditur | orionis dextrum | 24 circulum uersus . occidens | 26 stella om. | autem om.

3 habet autem D uulg. habet | 4 uulg. nouissimam . quod dedi, uoluit M. ex 1 Ul. et Catast. 37 | 5 est st. D uulg. st. est, cf. supra cp. 22, 26, 27 | 7 inf. D G uulg. inferiori | 14 exortu D G | post. D uulg. posteriori | 17 sim. D uulg. similem | 18 zona II D . perperam, cf. Catast. 32 | in eo etc. ἐπὶ τοῦ ἐγχειριδίου Catast. l. c. | 19 sunt omn. D uulg. omnino | 21 cons. D G et codd. St; uulg. persequens, 2 Ul. prosequens | 22 pene D G et sic uulgo scribunt | 23 coni. D G uulg. contingens | 26 stella addidi ex D cf. supra lib. II, 35 | 27 prius, cf. infra cp. 36.

auribus singulas stellas obscuras, in pectore II, in pede priore III, in interscapilio III, in sinistro lumbo I, in pede posteriore I, in pede dextro I, in cauda IIII . omnino XX.

XXXV PROCYON. Hic in lacteo circulo defixus, pedibus aequinoctialem circulum tangit . spectat ad occasum, ut inter Geminos et Cancrum constitutus . qui quod ante maiorem Canem exoritur, Procyon est appellatus . hic autem occidit exorto Capricorno, exoritur cum Leone . sed omnino est stellarum III.

XXXVI ARGO. Huius puppis hiemalem circulum et maioris Canis caudam contingens inferiore parte nouissimae nauis, inclinata antarcticum circulum tangit; occidens Sagittario et Capricorno exorto ut in mari collocata, exoriens autem cum Virgine et Chelis . haec habet in puppi IIII, ad singula gubernacula ad primum stellas V, ad alterum IIII, circum carinam V, sub reiectu V, ad malum III . ita tota est stellarum XXVI . quae quare non sit tota in mundo collocata, prius diximus.

XXXVII CENTAURUS. Hic ita figuratur, ut in antarctico circulo niti pedibus, humeris hiemalem sustinere uideatur; capite prope caudam Hydrae coniungens, hostiam dextra manu tenens supinam, quae pedibus et extremo ore circulum hiemalem tangit, inter eum et antarcticum orbem collocata . Centauri autem crura a reliquo corpore diuidit circulus qui lacteus uocatur . hic spectans ad ortus signorum, totus occidit Aquario et Piscibus exortis, oritur autem cum Scorpione et Sagittario . habet autem stellas supra caput III obscuras, in utrisque humeris singulas claras, in cubito sinistro I, in manu I, in medio pectore equino I, in prio-

---

D 4 PROCION | 7 procion | 11 antarcticon | 22 exspectans | 25 capud. — G 1 stellas om. | 2 lumbo III | 3 cauda tres | 4 Prochion | fixus | 7 prochion | 8 stellarum est | 10 inferiori | 11 sagitt̂ | 14 reiectum | 15 malum IIII | sit in rotundo posita | 17 Centhaurus ita | in om. | 19 dextra hostiam | 21 uero | 22 dicitur.

---

2 post. D G uulg. posteriori | 4 uulg. h. l. et in sqq. *προκύων* | 5 in D 'ut' deletum est, sed retinendum uidetur | 10 nou. D G; uulgo sic scribunt: parte, nouissime nauis inclinata | 13 IIII addidi ex coniectura, cf. Catast. 35; Hyg. Myth. cp. 14 | 14 sub G uulg. et sub | reiectu . Grotius uult retectum, quod dictum putat ut *κατάστρωμα* in Catast. 35 et ap. schol. German. mihi uulgata lectio non mutanda uidetur | 15 uulg. malum quatuor . in D IIII corr. in III, cf. Catast. l. c. | XXVI uulg. uiginti trium; XVI D G; XXVII Catast. l. c.; XXVI Schol. Germ. p. 417 Eyss. | 16 prius . supra cp. 27 scripsi ex D superius | 19 coni. D uulg. contingens.

ribus poplitibus utrisque singulas, in interscapilio IIII, in uentre duas claras, in cauda III, in lumbo equino I, in genibus posterioribus singulas, in poplitibus singulas . omnino XXIIII.

Hostia autem habet in cauda stellas II, in pede de posterioribus primo I et inter utrosque pedes I, in interscapilio I claram et in priore parte pedum I, infra alteram, in capite III dispositas . omnino X.

XXXVIII ARA prope antarcticum circulum tangens inter Hostiae caput et Scorpionis caudam extremam collocatur, occidens Arietis exortu, oriens cum Capricorno . haec habet in summo cacumine turibuli quod formatur stellas II et in imo alteras II . omnino IIII.

XXXIX HYDRA trium signorum longitudinem occupans Cancri, Leonis, Uirginis, inter aequinoctialem et hiemalem circulum collocatur, ita tamen, ut caput eius contendens ad signum quod Procyon uocatur, et totius Hydrae prope quarta pars inter aestiuum et aequinoctialem circulum uideatur . cauda autem extrema paene Centauri caput tangens, sustinet in dorso Coruum, rostro corpus eius tundentem et toto corpore ad Cratera tendentem, qui satis longo dissidente interuallo, prope inter Leonem et Uirginem constitutus uidetur, inclinatior ad caput Hydrae . quae occidit Aquario et Piscibus ortis, oritur autem cum his signis, de quibus supra diximus . habet autem in capite stellas III, in prima a capite curuatura VI, sed · earum nouissimam claram; in secunda curua-

D 16 procion | 18 'in dorso' om. | 19 tantundem toto | 21 capud | 23 prima capitis. — G 1 poblitibus | IIII. in pectore II claras | 3 poblitibus | 4 autem om. | 7 omnino est stellarum | 13 trium syderum | 15 id signum | prochion appellatur | 18 tegens | coruum in dorso | rostro om. | 19 'tundentem . . . cratera' om. | 22 his om.

---

1 utrisque in D deletum est | inter scapilio G h. l. et in sqq., de qua re iam supra dixi | 4 omnino D G uulg. omnino sunt | XXVI D G XXIV U aliique, uulg. XXIII | 7 omnino D uulg. omnino sunt numero | 8 Ara etc. totum hoc caput om. G | prope D uulg. propter | 10 or. D uulg. exoriens | 11 turibuli scripsi ex coniectura pro 'circuli' quod etiam D G praebent. Catast. 39 *ἐπὶ τῆς ἐσχαρίδος* | quod D uulg. ubi | 11 in imo . Catast. l. c. *ἐπὶ τῆς βάσεως* . idem restitui supra cp. 6 | alteras D uulg. altaris | 12 omn. IIII D uulg. Et ita est omnino stellarum quatuor | 14 uirg. D G uulg. et Virg. | 15 'et' pro ut, G . fortasse uoluit ut et | sign. D uulg. sign. id | uulg. *Προκύων* h. l. et alibi | 17 circulum addidi ex D G | pene D G et sic uulgo scribunt | 18 tangens D . perperam omnes scribunt 'tegens' | 21 uulg. sic distinguunt: Hydrae, quae | 22 ortis D G uulg. exortis.

tura III, in tertia IIII, in quarta II, in quinta usque ad caudam VIIII omnes obscuras . numero XXVII.

Coruus autem habet in gutture stellam I, in pennis II, infra pennam ad caudam uersus II, in utrisque pedibus singulas . omnino VII.

Supra primam a capite curuaturam Crater positus habet in labris stellas III, infra autem ansas II obscuras, in medio III, ad fundum II . ita fiunt omnino X.

XL Piscis autem qui notius dicitur, inter hiemalem et antarcticum circulum media regione collocatus, spectare ad exortum uidetur, inter Aquarium et Capricornum, ore excipiens aquam quae funditur ab Aquario . hic occidit oriente Cancro, exoritur autem cum Piscibus . sed est stellarum omnino XII.

Quae ad figurationem siderum pertinent, ad hunc finem nobis erunt dicta; reliqua protinus dicemus.

LIBER QUARTUS.

I Quoniam in initio sphaerae circuli V quomodo efficerentur ostendimus, neque eos corpore siderum notauimus, et si duo nouissimi nihil ad solis cursum pertinent, hoc èst arcticos et antarcticos, de mediis tribus dicemus . sed quoniam Aratus circulis IIII sphaeram plurimum ualere dicit, neque eorum aperte quemquam demonstrat, uoluntatem nostram apertius ostendemus

D 3 penna | 7 medio cratere | 8 omnino XVIII | 17 in om. | 22 uolubilitatem apertius ostendimus. — G 3 autem om. | 4 uersas | 7 autem om. | 9 autem om. | arcticum | 12 oritur | 13 piscibus . stellarum est omnino | 18 II | 19 pertinent cursum | arcticus et antarcticus | 22 uoluntatem apertius dicemus.

1 tercia III D G sed uulgata lectio retinenda est, cf. Catast. 41 | 2 num. XXVII D G uulg. ita fiunt numero uiginti septem | 4 ad addidi ex D G, cf. supra cp. 16 | 6 in labris . Catast. l. c. *ἐπὶ τοῦ χείλους* | 7 st. III H uulg. st. II | ansas . in D est alas | II obsc. D G uulg. obsc. duas | medio G uulg. medio Cratere | III H uulg. II | 8 ita f. omn. D G uulg. omnino sunt | X G H uulg. octo | 9 Cap. XL uulgo inscribitur Piscis Notius | 14 'Quae . . . pertinent' Haec in D litteris grandibus scripta sunt | 16 uulg. 'De quinque circulorum inter sidera coelestia notatione et planetis . Liber Quartus' haec omnia om. D G | 17 sphaerae etc. cf. supra p. 24 sq. | 20 Ar. Phaen. 461 sqq.

et quemadmodum in initio fecimus, a boreo polo dicemus . igitur aestiuum circulum unum de quattuor esse dicimus, qui *θερινὸς τροπικός* uocatur, quo circulo aestatem confieri demonstrauimus; et si non nemo dubitat, quare non utrique circuli, hoc est aestiuus et hiemalis, uno nomine appellentur, ideo quod quem nos aestiuum diximus, nonnullis hiemalis fiat, et quo circulo hiemem effici diximus, eo circulo aliis aestas sit: qui si uoluerint intellegere id ad nostram collocationem mundi esse demonstratum, qui inter aestiuum circulum et arcticum sumus constituti, non ad illorum sphaeram, qui ab hiemali circulo antarcticum habitantes, nobis antipodes dicuntur, facilius ad nostram accesserint uoluntatem . si quis enim uoluerit eorum, quos antipodas diximus, quod inferiore a nobis circulo constituti uidentur, sphaeram facere, non inmerito nostrum hiemalem sibi aestiuum circulum finxerit; aut si quis scriptor eorum mentionem faciens, obscure uoluerit antipodas demonstrare et dixerit, quibus in Capricorno aestas summa, aut in Cancro hiems maxima fiat, non inperita ratione acutissime dixisse uidebitur . quodcumque enim nostris circulis contrarium dixerit, id illis erit rectum . sed ne longiore sermone praeter consuetudinem utamur, ad inceptum reuertamur.

II DE AESTIUO. In aestiuo circulo, de quo primum dicere instituimus, haec signa siue partes eorum perspiciuntur: capita Geminorum, Aurigae genu utrumque sinistrumque Persei crus et humerus sinister . Andromeda autem a pectore et manu sinistra diuiditur, atque ita euenit, ut caput eius cum toto pectore et manu dextra uideatur esse inter aestiuum et aequinoctialem circulum, reliquum autem corpus inter aestiuum et arcticum finem . praeter-

D 1 in om. | fecerimus | 7 Quod si | 9 arcticum | 11 facilius accesserit ad nostram | 20 incoeptum | 26 aestiuum finem. — G 1 polo boreo | 2 IIII | dicemus | 5 appellantur | 7 sit estas | 9 estiuum et arcticum circulum constituti non | 12 enim om. | inferiori | 17 maxime | 23 genu sinistrumque | 24 'et manu . . . pectore' om.

1 a etc. cf. supra lib. III, 1 | polo sumemus exordium, U. | 2 uulg. quatuor . idem h. l. habet D | 'dicimus' est lectio in D suprascripta; uulg. dicemus | therinos tropicos D G | 3 conf. D G uulg. confici | 7 Qui si G . olim legebatur quod si | int. D uulg. intelligere | 15 scripto, 2 Ul. | 17 hiemps D G | nec imperita, 2 Ul., quare M. legendum putat: acutissime, nec imperita rat. | inp. D imp. G | Cap. II Ar. Phaen. 479 sqq. | 'De aest.' addidi ex D . in G haec adduntur: De estiui circuli signis et partibus | 23 sinistrumque addidi ex G cf. Arat. 483; Martian. Cap. p. 306 Eyss. | 24 et D uulg. sed.

ea in eodem aestiuo circulo pedes equi Pegasi positi uidentur, et caput a reliquo corpore diuiditur Oloris et alae sinisterioris ut uolantis pars non magna . Ophiuchus humeris hunc circulum sustinere uidetur ex una parte, id est aequinoctiali, ex altera parte Hercules pari ratione. Uirgo prope hunc coniungens capite, inter hunc et aequinoctialem circulum collocata est, ut fulgens ad austrum. Leo a pectore ad lumbos diuiditur, ut caput eius et corporis superior a cruribus pars inter hunc et arcticum circulum uideatur, inferior autem pars inter aestiuum et aequinoctialem. Cancer autem sic diuiditur medius, ut inter oculos eius circulus traiectus uideatur.

In his signis et hoc, ut ante diximus, circulo cum uehitur sol, euenit ut nobis, qui hac inclinatione mundi utimur, sint diei de partibus VIII partes V, noctis autem tres; neque ita tamen ut ex horologiis, sed ex sphaerae ratione . cum enim sphaeram ita constitueris, ut circulus is, qui arcticus uocatur, semper appareat, antarcticus autem numquam exoriatur, atque ita sphaera constituta, si uoles circulum aestiuum diuidere in partes VIII, ex his inuenies partes V in sphaera apparere, tres autem infra tamquam sub terra esse.

At aliquis dixerit, cur sphaerae circulos diuidamus in partes VIII potius quam XII aut quot libuerit alias partes . hic non sphaeram, sed se fallere hac ratione inuenietur fere . si enim fecerit ex aestiuo circulo partes XII, ex his partes VII et dimidium partis apparere, IIII autem et dimidium sub terra inueniet esse . itaque euenit, ut cum ad VII partes addita dimidia sit, simili ra-

---

D 13 in bac | 21 aut aliquis | 22 quod | 23 fore | 24 dimédium | 26 cum ad VIII partes addita dimedia sunt XII . simili ratione ad partes quinque accedat pars dimedia et fiunt. — G 8 a om. | 10 ut medius | 14 uero III | 15 ita om. | 16 dicitur | 17 sphaera om. | 23 fere om. | 24 XII partes | 26 dimidia sunt XII . si simili.

---

1 sed caput, 1 Ul., sed et cap. 1 Voss. | 2 ale sinisterioris in D corr. in 'ala sinistra' De comparatiuo sinisterior cf. Neue, Form. II p. 104 | 3 hunc circ. D G uulg. ut circ. | 4 ex etc. haec addidi ex codice Modii . in G haec leguntur 'ex una parte . id est ab aequinoctiali hercules pari ratione | 5 prope etc. scripsi ex 2 Ul. monente M; uulg. prope contingens | capite D G uulg. a capite | 9 aeq. D G uulg. Aeq. circulum | 10 inter D G uulg. inter duos | 11 uideatur D G uulg. existimetur | 13 sint etc. Ar. Phaen. 496 sqq. | 17 ant. etc. D G uulg. numquam autem Ant. | 17 const. D G uulg. est const. | 18 circ. aest. D uulg. Aest. circ. | 23 inueniet, 1 Voss. quod probandum uidetur | in aliis libris est fore, foro, fero . fortasse legendum est uere | fecerit D G uulg. ita fecerit.

tione ad partes IIII accedat pars dimidia, et fiant supra terram partes VII et dimidium partis, reliquum autem sub terra, quod sunt partes IIII et dimidium . igitur oportet intellegere, ut non inminutis partibus et dimidiis fiat, sed certis numeris conficiatur, ut euenit in partibus VIII . praeterea quoniam sphaera diuisa in partes XXX euenit, ut ab aestiuo circulo ad hiemalem sint partes VIII nimirum certe eos circulos diuidemus in partes VIII . praeterea quoniam ab aestiuo circulo ad aequinoctialem sunt partes IIII de XXX, et rursus ab aequinoctiali circulo ad hiemalem de partibus XXX partes IIII, et ita nihilominus aequinoctialis ipse per se circulus medius diuiditur, ut dimidia pars eius sit sub terra, de partibus VIII partes IIII, et totidem supra, et tota ratio ad octauam partem perueniat, non dubium est, quin recte diuidatur in partes VIII . praeterea cum sol per hos circulos currens iter annuum conficere uideatur, et ab omnium signorum octaua parte, ut posterius dicemus, incipiat exoriri, et ad aliud signum transire, neque ulla alia parte signi utatur, recte ipsi quoque circuli diuiduntur in partes VIII . praeterea cum VII sidera ad eundem statum reuertantur, ut quibusdam placuit, ut cuiusmodi dies hodiernus fuerit in solis aut lunae tempestate, eiusdem modi octauo anno sit futurus, uere sphaera quoque diuiditur in partes VIII . praeterea cum uideamus octauo quoque die eiusdem sideris horam primam, aut quamlibit denique esse, et cuius hodie fuerit hora prima, eiusdem octauam quoque futuram, uerissimum est ipsam quoque sphaeram mundi, unde horae sumuntur, diuidi in partes VIII.

Sed ne reliqua praetermittamus in hoc occupati, ad propositum reuertamur.

III SECUNDUS ab aestiuo aequinoctialis est circulus, in quo haec signa et partes eorum perspici possunt. Aries totus omnibus pedibus innixus uidetur . hunc autem Aratus omnium

D 3 dimedium | 4 dimediis | conficiat | 11 dimedia | 17 parte alia | 18 cum octo | 21 uere . sphera | 27 praepositum. — G 1 fiunt | 3 partis | intelligere oportet | 7 numerum uel recte eos | 9 III | 12 sit eius | 23 ut cuius | 24 futura | 25 sit | 29 Secundus circulus ab estiuo equinoctialis est, in.

3 sunt D uulg. est | int. D uulg. intelligere | 4 in minutis D G et sic uulgo scribunt; imminutis, 2 Ul | 6 circulo addidi ex D G | 10 nibilhominus D h. l. et alibi | 16 et ad O.; ut ad D G | 17 trans. D G uulg. ut ad aliud signum transeat | quoque D G uulg. quinque | 21 diu. D G H uulg. diuidetur | 23 et D uulg. ut | 25 unde om. D G | Cap. II Ar. Phaen. 510 sqq. in G i. m. additur: De circulo equinoctiali | 31 Arat. Phaen. 224.

siderum celerrimum esse demonstrat, etiam minore arcto, quae breui spatio uertitur, praestare . id quid uelit esse, sic poterimus uel facillime intellegere . cum sit enim maximus circulus aequinoctialis in sphaera, inque eo Aries ut adfixus uideatur, quomodocumque fuerint figurae corporum collocatae, ut ad eundum circulum perueniant, necesse est semel uerti sphaeram . quod cum fiat, et Aries in maximo circulo, et eodem tempore ad locum, quo reliqua sidera, perueniat, necesse est eum celerrimum dici.

. Sed nos ad circuli definitionem ueniemus et reliqua dicemus . in eodem Tauri genua ut fixa perspiciuntur, et si nonnulli ita finxerunt, ut uno genu, hoc est dextro nixus, sinistro pede contingere uideatur, de hoc in medio relinquemus . sed in eodem circulo zona Orionis, ut ipso circulo praecinctus existimetur; Hydra flexu a capite primo, ut ceruicibus erectis Cancrum contingere uideatur, et ex inferiore corpore Hydrae Crater cum Coruo uelut fixus esse circulo conspicitur . item paucae stellae Chelarum eodem adiunguntur. Ophiuchi genua eodem circulo a reliquo corpore diuiduntur. Aquila sinisteriore penna paene coniungens figurata est, eodemque circulo caput Pegasi cum ceruicibus nititur.

His corporibus signorum aequinoctialis circulus finitur . quo sol cum peruenit, bis uno anno conficit aequinoctium, hoc est in Ariete et Chelis . in hac enim parte sphaerae et uer et autumnus confici existimatur, ita ut uer sit in Ariete, autumnus in priore parte Scorpionis, quod signum nonnulli Libram dixerunt . per hunc circulum transiens sol ab Ariete ad Chelas, efficit sex mensium diem his locis, qui intra arcticum uidentur orbem; noctem autem his, qui antarctico circulo sunt clausi: quare magis his locis nemo potest durare . et rursus ab autumno usque ad uer, hoc est

8 perueniant | 15 uelud | 19 capud | 27 qua remissis locis. — G 1 minori arctico | 2 id qui | 3 etiam uel | 4 eo affixus aries | 5 eundem locum | 8 dici celerrimum | 9 diffinitionem | 10 etsi | 11 finxerint | 15 uidetur | ex om. | cum coruo crater | 17 genua a reliquo corpore eodem diuiduntur | 21 cum om. | 25 VI | 27 arctico.

1 min. D uulg. minori | 2 quid D uulg. quod | 3 int. D uulg. intelligere | 4 inque eo D G uulg. in eoque | quom. D G uulg. quomodocunque | 5 circ. D uulg. locum | 8 peru. G uulg. perueniant | 9 def. D uulg. effectionem . Micyllus uoluit effictionem | 10 et si D uulg. etsi | 11 finx. D uulg. finxere . uide quae supra dixi p. 31 | pede D G uulg. prope; U aliique: prope pede | 14 ceru. er., pro ceruice erecto | 18 uulg. pene h. l. et alibi; pene eum, Sch. aliique | coni. D uulg. contingens | 23 confieri, 3 Ul. in D G h. l. est confici, supra autem cp. 1 confieri | pr. G priori D . idem tamen aliis locis fere semper habet priore, minore etc.

a Chelis usque ad Arietem perueniens, efficit his locis sex mensibus perpetuis diem, in quibus ante noctem demonstrauimus; e contrario autem noctem his, qui boreo polo sunt proximi . sed de hoc ante diximus . neque enim mirum est hac collocatione sphaerae id euenire . erecto enim boreo polo neque umquam occidente euenit, ut corpora quoque, quae ei proxima sunt circulo, sero occidere uideantur . id ex hoc intellegere licebit: cum in his partibus sphaerae habitetur, quae pars est ab aestiuo circulo ad orbem, qui arcticos uocatur, et de arctico circulo, hoc est de duabus Ursis et Dracone, caput Draconis maxime niti ipso circulo uideatur, ita ut is qui Engonasin uocatur, inter aestiuum et arcticum collocatus, caput Draconis premere intellegatur: quicumque, ut ante diximus, ad ipsum caput Draconis habitant, ita longo die utuntur, ut ne tertia quidem horae pars in unaquaque nocte his obtingat . itaque Aratus ait:

κείνη που κεφαλὴ τῇ νείσεται ἧχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

idem Cicero dicit:

quod caput hic paulum sese subitoque recondit,
ortus ubi atque obitus parte admiscentur in una.

de hoc Homerus quoque in Odyssea ita breuem noctem dicit esse, ut pastores cum alii exigant, alii reducant pecus, possit alius alium audire, cum unus propter noctem pecus reducat, alter propter lucem exigat . sed nos ad propositum reuertamur.

IV Tertius ab aestiuo circulo, qui hiemalis uocatur, his corporibus et eorum partibus finitur . nam medium Capricornum diuidens et pedes Aquarii, per caudam Pistricis ut traiectus uidetur . diuidit etiam Leporem fugientem a cruribus et quadam parte corporis, et Canis sequentis pedes et Nauis ipsius puppim, Centau-

D 2 diem om. | 14 ut eis | 19 capud | paululum | 20 ubiq. | 21 odissea G 1 VI | 2 in om. | 14 tercia | 21 odissia | 22 possent | 25 Tercius est.

7 int. D uulg. intelligere | 11 coll. D uulg. locatus | 12 int. D uulg. intelligatur | ΚΕΙΝ ΚΤΟΝ ΚΕΦΑΛΗΙ ΝΕ . ΙCΕΤΑΙ ΚΙCΤΙΕΡΑΚ[.]Ι, D ΚΕΙΝΚ ΤΟΥ ΚΕ ΦΑΛΗΙΝΕΙCΕΤΑΙ ΚΙΧΤΙΕ ΡΑΚΡΑΙ, G | de forma *κεφαλῃ* cf. interpr. ad Ar. Phaen. 61 sq. | *νείσεται* D G uulg. *νήχεται* | 17 *ἀντ.* etc. haec corrupta sunt in D G | 18 idem D G uulg. item | dixit D uulg. dicit | Cicero N. D. 2, 42 | 19 paul. G uulg. paullum | 21 Hom. Od. 10, 82 | dic. esse D uulg. esse dicit | 25 Cap. IV Ar. Phaen. 500 sqq. — In G i. m. adduntur haec: De hiemali circirculo.

rique ceruices a reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda, quod acumen uocatur, eodem circulo coniungitur. Sagittarii arcus eodem orbe deformatur . huius orbis infra terram sunt de partibus VIII partes V, supra terram autem III . itaque fit breuior dies nocte, ut ante demonstrauimus.

V Quartum circulum zodiacum esse Aratus demonstrat; de quo ante iam diximus et posterius dicemus . sed Aratus non, ut reliqui astrologi, ab Ariete XII signa demonstrat, hoc est uere incipiente, sed a Cancro, hoc est ipsa aestate . nos autem, quoniam ab Ariete incipimus, ita protinus dicemus . in hoc enim circulo sic XII signa figurantur: Aries, Taurus, Gemini; in his tribus signis uer demonstratur et aequinoctium uernum. Cancer, Leo, Uirgo; in his signis maxime aestas conficitur, sed sol incipit a Uirgine iam transire ad aequinoctium autumnale. Chelae, Scorpius, Sagittarius; in his tribus signis autumnus efficitur et aequinoctium autumnale . Capricornus, Aquarius, Pisces; in his tribus signis sol hiemem transigere demonstratur . etsi non sunt XII signa, sed XI ideo quod Scorpius magnitudine sui corporis duorum locum occupat signorum, e quibus prior pars Chelae, reliqua autem Scorpius uocatur . priores enim astrologi, cum omnes res ad duodecim partes reuocarent, ut menses et horas et latitudinem signorum, itaque et signa, per quae res omnes significantur, XII uoluerunt esse.

VI Sed quoniam VII circulis in prooemio propositis, de quattuor circulis mentionem fecimus, ne septem ex ordine demonstratis, aliquid a nobis obscurius dictum uideatur, sed de VII superant III, arcticos, antarcticos et ille qui lacteus uocatur: itaque de his dicere incipiemus.

Arcticon igitur orbem sustinet caput Draconis cum reliqua corporis parte. Cepheus autem pectore suo circulum iungit . eodem orbe nituntur et pedes maioris Ursae, praeterea sedile

---

D 16 tribus om. | 24 prohoemio | 28 incipimus. — G 5 diximus | 9 id est | 12 signis om. | 20 scorpio | 21 XII | 24 p̄mio | de IIII | 25 VII | 28 dicitur | 31 ursae moioris.

---

6 Cap. V Ar. Phaen. 525 sqq. — In G i. m. additur: De zodiaco | 7 ante iam D uulg. ante | Ar. Phaen. 543 | 17 trans. D uulg. conficere | et si D G | nulla D et sic uulgo scribunt . praefero 'non' quod G habet; etsi nullus nonnunquam pro non ponatur | XII signa D G uulg. signa XII | 18 scorp. D uulg. Scorpīo h. l. et statim in sqq. | 20 ast. D uulg. astronomici | 24 quattuor D uulg. quatuor | 26 sed addidi ex D | 27 arct. a. D uulg. arcticus, antarcticus | 29 in G i. m. additur: De arctico orbe.

Cassiepiae cum pedibus eius nititur ipso circulo, et dextro pede genuque sinistro et pedis prioribus digitis is qui Engonasin uocatur, et manus sinistra Bootis exteriore parte circuli peruenit coniuncta.

Ad antarcticum autem circulum peruenit extrema nauis Argo pedesque Centauri posteriores adiunguntur, priores autem paene contingere et Ara uidetur prope adfixa et Eridani fluminis extrema significatio.

VII Reliquum est nobis definire quem supra lacteum orbem demonstrauimus . is enim diuidit Oloris extremam sinistram pennam, quae extra aestiuum peruenit finem . praeterea transit manum dextram Persei, et ab humero sinistro Aurigae perueniens sub manum eius dextram et Geminorum genua et pedes eius signi, quod Procyon uocatur . hinc diuidens aequinoctialem et aestiuum circulum, tangit extremum finem mali, qui in Argo naui defixus uidetur; deinde rursus reuertens, genua Centauri diuidit a reliquo corpore et extremam caudam terminat Scorpionis et arcum medium Sagittarii et Aquilae dimidiam partem, per eius transiens pennas.

VIII Quoniam de huiuscemodi rebus exposuimus ordine, mundi rationem, et quemadmodum moueatur, protinus dicemus; et in duodecim signorum exortu quae deinde corpora consequantur, et quae perueniant ad occasum . conuenit nobis mundum ab exortu ad occasum uerti, ideo quod uidemus stellas ex oriente ad occidentem conuerti . sic enim primum poterimus scire, qui sint exortus et qui occasus . si enim nostrum aliquis adstiterit contra orientem, necesse est Arctos nobis a sinistris partibus esse . cum

D 1 casiepiae | 'nititur ipso circulo' om. | 2 pedes | 6 heridani | 9 extremi | 13 procion | 17 dimediam | 22 mundum nobis. — G 1 cassiopeiae | eius et nituntur | pede sinistro genuque dextro | 3 booti | 4 antarticum | 13 prochion | 16 caudam diuidens scorpionis | 17 eius om. | 21 XII | 22 ab om. | 25 exstiterit | 26 exorientem | 'necesse . . . quoquo' om.

1 uulg. Cassiepeiae h. l. et alibi | ipso G uulg. ipsi | dextro etc. D uulg. sinistro pede genuque dextro | 3 is G uulg. eius . in D 'is' est lectio suprascripta | ext. D G uulg. exteriori | peru. fortasse legendum est prouenit, uel supplendum est eodem | 4 ant. D G uulg. Antarcticon | 5 pene D uulg. prope | 6 adf. D aff. G | et Er. D G uulg. Eridanique | 8 Cap. VII in G. i. m. additur: De lacteo | 9 is D G uulg. ipse | 13 uulg. *Προκύων* h. l. et alibi | uulg. Hic, quod etiam D G habent . scripsi hinc ex 2 Ul. aliisque . idem iam M. uoluerat | 14 naui D G uulg. naue | 19 hisce U., huiusce D G et sic uulgo scribunt; huiuscemodi H | 21 quae D G uulg. ea quae | 23 ex or. D uulg. exorientes | 26 or. D uulg. exorientem.

id ita fiat, illud quoque necesse est, ut omnia a dextris partibus exorta in sinistris occidere uideantur, de quo et ante diximus . igitur cum uideamus stellas exoriri et occidere, necesse est mundum quoque cum stellis uerti . sed nonnulli aiunt nihilominus id uenire posse, ut stante mundo, stellae exoriantur et occidant; quod fieri non potest . si enim stellae uagae feruntur, neque mundus ipse uertitur, non possunt corpora stellis figurata incolumia aut certa permanere . illud enim uidemus, in toto mundo stellas erraticas esse V, neque harum cursum quemquam posse definire; Aratum ipsum negare se difficiles earum cursus interpretari posse . quomodo igitur, cum V stellas nemo possit obseruare, tot milia quisquam possit peruidere, nisi qui permittit hoc, cursu stellarum posse nihilominus figuras corporum permanere? quod si non est, tota sphaera ad irritum reuocabitur . quicumque enim sphaeram fecerit, non poterit efficere, ut sphaera stante nihilominus stellae uersentur . illud etiam uidemus, in extrema cauda Draconis stellam esse, quae in se uertatur et in eodem loco constet . quod si omnes stellae uagae feruntur, hanc quoque loco moueri necesse est; quod non euenit . igitur necesse est mundum quoque, non stellas uerti.

IX DE DIE ET NOCTE. Quoniam ostendimus mundum cum stellis potius quam stellas per se uerti, nunc reliqua dicemus . cum enim traditum sit nobis prius noctem quam diem fieri, noctem dicemus umbram terrae esse, eamque obstare lumini solis . etsi nonnulli dixerunt id solis cursu euenire, et cum peruenerit ad eum locum, ubi occidere dicatur, ibi montium magnitudine a nobis lumen auerti solis, et ita noctem uideri: quod si ita sit, ni-

---

D 1 'illud quoque' om. | 5 posse si stante | 7 incolomia | 9 horum | 12 permittit occursu | 22 quam potius | 27 solis etiam. G 1 e dextris | 2 sinistris partibus | 3 quoque mundum | 9 earum | 12 quisque | cursus stellarum posse esse et | 17 stet | 19 mundum necesse est | 22 'per se' om. | 24 solis lumini obstare | 27 euerti | si om.

---

2 ante, cf. supra p. 23 | 4 nihilhominus D h. l. et in sqq.; nichominus G 5 | uen. D uulg. euenire, cf. supra p. 28 . uenire pro euenire est etiam apud Ciceronem et Liuium | 5 ut G uulg. ut si | 7 aut G aliique uulg. et | 9 harum H uulg. horum | Ar. Phaen. 459 | 10 eorum D G et sic uulgo scribunt | 11 milia D G uulg. millia | 12 perm. D G uulg. permittat, cf. Zumpt, gramm. §. 526 | 12 hoc c. scripsi ex 8 Ul. idem uoluisse uidetur D; uulg. 'hic, cursus' | stellarum etc. D uulg. stellarum posse esse et | 21 'De . . . nocte' addidi ex D | 23 cum etc. Hyginum sequitur Isidor. N. R. cp. 28 | 24 noctem etc. Plin. H. N. 2, 7; Seru. Aen. 4, 7 et 184 | 25 et si D G et sic uulgo scribunt | id, 1 cod. St. uulg. in | 'et' scripsi ex coni. M., uulg. ut | 27 et ita; 2 Ul. et iam.

mirum eclipsin solis uerius quam noctem dixerimus . sed aliter esse ex ipsa sphaera intellegere licebit.

X Horizon enim diuidens ea quae uidentur, et quae non apparent, ita definit sphaeram, ut semper VI signa de XII in hemisphaerio uideantur supra terram, VI autem signa sint infra sub terra . igitur cum in uno eorum sol nixus ferri uideatur, ab eo circulo, qui horizon uocatur, exoritur, itaque incipit lucere, cum nihilominus ipse mundus uertatur cum reliquis signis . sed quo facilius intellegatur, ponamus solem esse in Ariete, a quo duodecim signa instituimus numerare . igitur cum sol sit in Ariete exoriente, dies est; qui cum uertente se mundo peruenit ad eum circulum, qui mesembrinos uocatur, efficit diei partem dimidiam . sed sic etiam facilius intellegitur, et rursus ab eodem Ariete incipiemus . cum Aries est exortus, praeter eum haec signa sunt in superiore hemisphaerio: Pisces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius, Scorpio . horum cum tria signa occiderint, hoc est Scorpius, Sagittarius, Capricornus et exorta sunt III signa quae Arietem secuntur, hoc est Taurus, Gemini, Cancer: tunc fieri dimidium diem necesse est, et Arietem peruenire ad eum, quem mesembrinum esse circulum supra diximus . cum autem cum reliquis signis ipse Aries occidit, et exortus est Leo, Uirgo: tum Chelae exoriuntur et in superiore hemisphaerio uehuntur . quae cum occiderint, rursus Aries exortus efficiet lucem.

Sed ne in dubium ueniat, cum Ariete occidente dixerimus Chelas exoriri, quid de reliquis signis in sphaera possit intellegi, sic inuenietur . in quocumque signo sol fuerit exoriens, quodcumque ab eo signo septimo loco fuerit, id noctu primum exorietur et ita conficiet cursum . mundus enim ipse semel in die ac nocte uerti uidetur . itaque euenit, ut ipsa signa XII semel in die ac nocte

---

D 4 definiu | 5 uideantur hoc est ut supra terram VI signa sint . Infra autem VI . quod est sub terra | 9 'int. ponamus' om. | 11 cum om. | 16 tres | 22 uirgo . chelae transire tum chelae. — G 3 Orizon | 5 super | 9 solem esse in ariete ponamus | XII | 10 numerare om. | 11 qui cum | 13 intelligatur | 16 signa om. | 18 tria signa sunt | 19 diem om. | 22 superiori | 24 ne om. | 27 exoritur | 29 'uidetur . . . nocte' om.

---

2 int. D uulg. intelligere | 7 orizon D G sed paulo antea in D est Horizon | cum G uulg. cumque | 9 int. D uulg. intelligatur | 11 quod cum, 2 Voss. uulg. qui cum | 12 mes. D G uulg. Mesembrinus | 13 int. D uulg. intelligitur | 17 et ex. D uulg. exorta | 18 secuntur D G uulg. sequuntur | 19 tunc D uulg. tum | 25 in D siue G . uulg. sine | int. D uulg. intelligi | 26 quoc. D uulg. quocunque.

uideri possint . sed ne solis cursus, de quibus postea sumus dicturi, potius quam quod ante coepimus, enumeremus, ad inceptum reuertamur . diximus enim principium mundi esse noctem, deinde diem . inter noctem et diem praeter umbram terrae nihil interesse arbitramur . sed quoniam signorum supra et corporum exortus instituimus, ad hoc peruenìemus.

XI Igitur uertente se mundo per utrosque polos et axem, quem supra dimensionem sphaerae diximus esse, et ita sphaera collocata, ut unus polus semper sit super terram, alter numquam exoriatur, necesse est Arctos quoque et reliqua corpora, quae sunt in arctico circulo, numquam occidere; reliqua autem omnia exoriri et occidere, quod inferiora sunt ab eo circulo, quem numquam occidere diximus . id enim posse fieri haec edocet causa . uidemus caput extremum Draconis, quod maxime Arcticon extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere, ut exortus cum occasu permisceantur, ut et ante diximus . si autem pars aliqua occidere de summo circulo uidetur, necesse est omnia, quae sunt inferiora, exoriri et occidere . igitur conuenit nobis sidera uertente mundo occidere et exoriri.

Praeterea hac inclinatione caeli, cum unus circulus ita sit erectus, ut numquam occidat, alter ita sit terrae subiectus, ut numquam exoriatur: quicumque circuli fuerint in sphaera, hoc est ab aequinoctiali ad polum, qui boreus appellatur, nullus erit eorum, qui non maiorem partem circumductionis habeat supra terram . qui autem ab aequinoctiali fuerint circulo ad eum polum, qui notius appellatur, omnes inferiorem partem maiorem habebunt quam superiorem . et quanto magis ad polum notium accesserint, hoc maiorem partem sub terra habere perspicientur; et quanto magis ad boreum finem uenerint, hoc maiorem partem circuli supra terram tenere uidebuntur . quo enim erectior ipse polus fuerit, hoc magis et circuli eius erectiores uidebuntur . quod

---

D 2 incoeptum | 3 esse mundi | 27 notum | 29 magis om. — G 1 dicturi sumus | 2 pocius | 7 et per | 12 et oriri | 14 arcticum | 16 et om. | 17 uideatur | 18 oriri | 19 oriri | 21 ita om. | 24 super | 27 'et quanto . . . perspicientur' om. | 31 eo magis circulj.

---

2 cepimus D G | 3 reu. D uulg. reuertemur | 7 axem D uulg. per axem | 8 supra, p. 23 | 9 super D G uulg. supra | 10 arctus D G | 12 sint, codd. Ul. quod praefert M. | 15 occidere existimatur D G et sic uulgo scribunt . quod dedi, iam Modius uoluit | 16 ante, cf. cp. 8 | 20 incl. caeli. in fine huius capitis et infra cp. 13 legimus 'incl. mundi' quod idem est | caeli D G uulg. coeli.

cum ita sit, si duo sidera simul fuerint orta, unum ab arctico, alterum ab antarctico circulo, serius occidet id sidus, quod ab arctico circulo fuerit exortum; ideo quod maiorem habet circumductionem sphaerae, quam quod a notio polo est ortum . si autem simul occiderint, serius exorietur id signum, quod ab antarctico fuerit exortum; ideo quod tota illa collocatio mundi maiorem partem habet sub terra, quam illa pars, quae in boreo polo est finita . et non modo signa quae sunt ad arcticon finem collocata, praestant iis corporibus, aut serius occidunt et ante exoriuntur, quam ea quae notio polo depinximus; sed ipsa quoque corpora inter se dissentiunt, ut si quod inferius sit signum, et id cum superiore exoriatur, tamen serius occidat . e contrario itaque si qua sunt signa ab aequinoctiali circulo ad notium polum figurata, horum si qua signa pariter exorta fuerint, citius occident quam ea, quae proxime polum accedunt . euenit etiam, ut non modo quae simul sint exorta sidera, ex his serius occidant, quae proxime arcticum circulum sunt collocata, sed etiam si qua eorum ante exorta fuerint, quae sunt ad notium polum finita, tamen ante occidant quam ea corpora, quae in boreo polo figurata esse supra demonstrauimus, ideo quod maiore circumductione sphaerae utuntur ea corpora, quae ab aequinoctiali circulo ad arcticum finem sunt constituta.

Igitur ostendimus, qua inclinatione mundi sphaera sit constituta . nunc ad XII signa reuertamur, et quorum exortu quae de reliquis corporibus occidant aut oriantur, commemorabimus et initium ab Ariete faciemus.

XII Arietis exortu sinistra pars Andromedae prouenire, Ara autem occidere uidetur . cum eodem sidere exoritur et Persei

D 11 aut si | 12 occidit | ita | 14 'quam ea' om. | 16 occidunt quam que | 25 commemorauimus | inicium. G 5 signum id quod ab antartico circulo ortum est serius orietur | 7 illa om. | 12 tamen citius | 14 serius occident | 18 occidunt | 20 maiori | 24 instituta | 27 andromade apparet . ara.

7 habet D G uulg. habeat | 8 arct. D G uulg. arcticum | uulg. praestantibus; prestantis D sed fortasse uoluit: praestant is (i. e. iis, ut supra p. 64, 2) . quod dedi, coni. M. | 16 sunt D G | 23 'Igitur . . . reuertamur' Haec in D litteris grandibus scripta sunt | 24 reu. D G uulg. reuertemur | 27 Cap. XII Hyginus h. l. in plurimis Arati auctoritatem (Phaen. 568—731) secutus est, incipit tamen ab Ariete, nec ut Aratus a Cancro | 28 Persei etc. accuratius esset 'Persei caput cum reliquo corpore usque' et sic in sqq. diuersis locis legimus . sed similiter Martian. Cap. p. 312 Eyss. 'Persei caput usque ad aluum'.

caput usque ad umbilicum', ut dubium uidcatur, zona eius utrum usque extremo Ariete, an Tauro primum exoriente prodeat ad lucem. Tauro autem exorto, quae prius dubia fuerunt, omnia sunt certa. nam et Ara supra memorata omnino occidit, et Perseus totus est exortus, et Aurigae caput cum reliquo corpore dumtaxat ad sinistrum pedem uidetur, et Pistrix a cauda exoriens perspicitur. hoc signo primum occidere Bootes uidetur, etsi cum IIII signis occidit. neque tamen totus ad terram potest peruenire; nam manus eius sinistra, circulo arctico conclusa, neque oritur neque occidit. Geminis exorientibus, tota iam Pistrix et fluminis Eridani prior pars apparet, et Orion exoriri uidetur. occidit autem Ophiuchus a pedibus genuum fine. Cancer exoriens obscurat dimidiam partem Coronae Pistricisque caudam, et notium piscem, et caput cum reliquo corpore ad umbilicum eius qui Engonasin uocatur; Ophiuchum a genibus ad humeros, et Anguem totum praeter caput et ceruicem, quae ex aestiuo circulo tendit ad Coronam. Booten prope totum terra tenet tectum. exoritur autem et Orionis corpus ad zonam et Eridanus totus apparet. exortu Leonis reliqua pars occidit Coronae, cum capite et ceruicibus Anguis, et Ophiucho. Engonasin autem qui uocatur, eius praeter sinistrum genu et pedem nihil apparet, et Bootes totus obscuratur. exoritur autem caput Hydrae cum Lepore toto, et Procyon cum pedibus prioribus Canis maioris, et Aquila tota. Uirgo autem exoriens non pauca sidera obscurat. nam statim Lyra occidit cum Sagitta et Delphino, et Oloris a capite corpus ad caudam prope occidit, et Fluminis prior pars et Equi caput cum ceruicibus. exoritur autem Hydra fine Crateris, et Canis totus, et nauis Argo fine totius ueli. Chelis exorientibus, uidetur et Bootes exoriens totus, et tota nauis apparet Argo, Hydraque praeter acumen extremum caudae, quod est sub terra. exoritur etiam genu et sura eius dextra qui Engonasin uocatur. hunc ca-

---

D 7 signum | 13 obscuram dimediam | 16 Preterea et | 25 a om. | 26 prope occidentem. — G 5 ortus est | 16 praeter caudam et | ex om. | 17 'prope totum' om. | 19 cum cauda et ceruicibus ara et ephiulco | 23 et aqua | 31 sura om. — N 17 booten pene.

---

1 dubium D G uulg. dub. fere | 3 fuerint, 2 Voss. | 4 'supra memor.' addidi ex D | 5 ex. D uulg. ortus | dumt. D G uulg. dunt. | 7 D uelle uidetur: et sic | cum etc. cf. supra lib. III, 3 | 17 booten D G N uulg. Bootem | 23 prochion G N | maioris addidi ex D G | 26 flum. cf. supra lib. III, 30 | 30 acumen G cacumen D N et sic uulgo scribunt.

dem nocte occidere et exoriri licet uidere . reliquum autem corpus cum Scorpionis et Sagittarii prouenit parte . praeterea cum Chelis exoritur cauda Centauri; occidit reliquum corpus Pegasi, et Oloris extrema cauda, et Andromedae caput cum umbilico Pegasi, et Pistrix reliquo corpore ad ceruices, ut caput eius solum uideatur; et caput Cephei, pendens ad Pistricis occasum, cum manibus et humeris peruenit ad terram. Scorpione exoriente, duae partes Fluminis occidunt, et reliquum corpus Andromedae cum capite Ceti . occidit etiam Cepheus capite ad humeros, quae pars est extra arcticum circulum constituta; obscuratur etiam Cassiepia, resupina occidens . exoritur autem Corona, quae ante Centauri pedes iacere existimatur, et reliquum corpus Hydrae, quod caudae reliquum esse supra diximus . prouenit etiam et corpus Centauri, quod equina figura uidetur, et ipsius hominis caput, et hostia, quam tenere supra diximus; denique et id corpus, qua fine pedes eius sunt priores. Ophiuchi autem dumtaxat caput exoritur, et ipsius Anguis caput, quod est contra Coronam. Sagittarium exorientem Ophiuchus totus exoriens insequitur, et Anguis qui ab eo tenetur; caput eius qui Engonasin uocatur, et sinistra manus eiusdem; deinde Lyra tota cum Cephei capite et humeris exit ad lucem . occidit autem Canis maior cum Orione toto, et Lepore, et Aurigae superiore parte corporis, praeterea caput et pedes eius . occidit etiam totus Perseus praeter crus et pedem dextrum . Argo autem puppim solam relinquens, peruenit ad terram. Capricornus exoriens haec sidera ad terram premere uidetur: reliquam figuram Nauis et signum, quod Procyon uocatur . eodem tempore et reliquum corpus occidit Persei . exoritur autem Olor cum

---

D 8 occiduntur | 9 cephei occidit . etiam | 10 casiepia | 14 ostia | 24 pupim. G 3 corpus om. | 4 'et oloris ... Pegasi om. | 10 articum | casiopeia | 18 exoriens praecedit et | 22 superiori | 24 solam puppim | 27 occidit om. — N 11 resupinata | 16 ophiuci etiam.

---

3 corp. peg. D uulg. Pegasi corpus | 5 fortasse legendum est 'cum reliquo' quemadmodum paulo antea legimus, ubi de Tauri exortu disputatur | 6 man. et hum. cf. Voss ad Arat. p. 111 | 9 Ceti. perperam omnes scribunt Cephei, cf. Voss ad Arat. p. 114 | Cepheus etc. ex Arato exspectares 'Cepheus ab humeris ad zonam' sed cf. supra lib. III, 8 | 10 cassiepia N uulg. Cassiepeia h. l. et alibi | 11 Corona etc. cf. Voss ad Arat. p. 116 | 12 et etc. D G uulg. et Hydrae reliquum quod | caudae rel. D uulg. caudam | 13 supra i. e. paulo antea, ubi de exortu Chelarum disputatur | 15 supra, cf. p. 75 | et id, 1 Voss; uulg ad id | 16 dumt. D G N uulg. dunt. | 17 coronam scripsi ex G . perperam omnes scribunt cancrum | 22 superiore etc. aliter Ar. Phaen. 681 sq. | 26 prochion G N cion D.

Aquila et Sagitta et Ara, quam proximam esse notio polo diximus. Aquarius exoriens ad dimidiam partem corporis, Equi pedes secum de terra ducit, et caput cum ceruice Pegasi . at contra Centaurus a cauda ad humeros uirilis corporis occidit cum Hydrae capite et ceruicibus. Piscibus exorientibus, occidit reliquum Hydrae corpus, et ipse Centaurus; exoritur autem piscis, qui notius uocatur, et Andromedae dextra pars corporis.

XIII Sic igitur orientibus XII signis, reliqua corpora occidere et exoriri uidentur . sed ut ante diximus, nunc protinus de solis cursu dicemus.

Necesse est enim solem aut ipsum per se moueri, aut cum mundo uerti uno loco manentem . quod si maneret, necesse erat eodem loco occidere et exoriri, a quo pridie fuerat exortus, quemadmodum signa eodem loco semper oriuntur et occidunt . praeterea si ita esset, necesse erat dies et noctes omnes aequales esse; ut quam longus hodiernus dies fuerit, tam longus semper sit futurus, item nox simili ratione semper aequalis permaneat . quod quoniam non est, illud quoque necesse est, cum uideamus esse dies inaequales, et solem alio loco hodie occasurum, et alio heri occidisse . si igitur aliis locis occidit et oritur, necesse est eum moueri, non stare.

Solem autem contra mundi motum currere, sic possumus intellegere . euenit enim, ut duabus in causis sidera non possimus uidere . quarum una est, cum abierint infra terram, nostrum quoque effugere conspectum, ita ut inferius hemisphaerium ostendit . altera autem est ratio, quod propter fulgorem solis et uim maximam luminis sidera obscurentur, siue quod stellis obsistit, ne candor earum ad nostros perueniat adpectus; siue sui magnitudine luminis officit oculis nostris, ne praeter eius ignem aliam rem superiorem perspiciamus: quod magis ueri simile uidetur . neque enim solis ignem eiusmodi uidemus, cuiusmodi reliquos

D 2 dimediam | 17 quia quoniam | 18 'inaeq. et' om. | 21 possimus | 23 habierint | 27 sua. — G 7 dicitur | 16 dies sit | 19 occasurum hodie | 22 possumus. 24 inferiori hemisperio ostenditur | 25 est autem | 26 obsistat. — N 7 corporis pars | 16 longus om. | 21 concurrere | 23 nostrum quod.

2 exoritur D N | 8 Cap. XIII uulgo inscribitur Sol | or. D G N uulg. exorientibus | 11 necesse etc. Hyginum sequitur Isidor. N. R. cp. 17 et in Origg. I, 40 | 16 dies addidi ex G | 20 occ. et or. D uulg. oritur et occidit | 21 contra etc. Plin. H. N. 2, 6 contrarium mundo agere cursum | int. D uulg. intelligere | 22 in D G N uulg. ex | 24 inferius hemispherio (hemisperio) ostenditur D N uulg. inferiori hemisphaerio ostenditur . quod dedi, habent 1 Ul. aliique | 27 adsp. D asp. G | 29 rem sup. D G N uulg. sup. rem | uulg. verisimile.

ignes int(.egimus, sed ita lumen auertit nostrum, ut ipse quoque nobis non igneus, sed albus uideatur esse . praeterea in unaquaque nocte XI signa necesse est apparere, ideo quod uno signo sol ipse nixus, iter conficere uidetur, cuius figuram corporis ipse suo lumine obscurat; cum eo enim signo et occidere et exoriri uidetur . nonnulli dicunt nos XII signa dumtaxat hac ratione perspicere posse, si in eius signi prima nouissimaue parte consistat . habent enim XII signa partes eiusmodi, ut unumquodque eorum in longitudine habeat partes XXX, in latitudine autem partes XII . itaque euenit, ut in longitudine signorum annus, in latitudine autem dies sit . in parte prima signi nihilominus reliquum corpus eius signi uideri posse nonnulli dicunt, ut simili ratione et si fuerit in extrema parte signi: quod fieri non potest . nam cum sol sit in qualibet parte signi et exoriatur, ita magnum uidetur habere fulgorem, ut omnia sidera obscuret . illud tamen potest euenire, ut cum sol sit in prima parte signi et occidat, reliquum corpus eius signi appareat . sed certius et uerius est XI signa quam XII apparere posse.

Praeterea quaeritur, quare sol contra mundi inclinationem currens, uideatur cum ipsa sua sphaera occidere et uerti . nam si sol non contra siderum occasum curreret, de Ariete ad Pisces, non ad Taurum transiret . exoriri etenim Pisces prius quam Aries et occidere perspiciuntur; et ita mundus uerti uidetur, ut prius Pisces quam Aries occidant . igitur diebus XXX sol in Ariete currens et eius corpus obscurans, sic dumtaxat apparet sol, ut ex eo loco, quo Aries ante, exoriri uideatur et post dies XXX sol uideatur ab eodem loco surgere, ex quo loco Taurus ante oriri uidebatur . igitur apparet solem ab Ariete ad Taurum transire . quod si ita est, necesse est eum contra mundi inclinationem currere.

D 21 prius om. | 24 sol. ex eo loco aries exoriri uidebatur. — G 8 eiusdemmodi | 11 autem dies singuli sint | nichominus nos | 12 uidere | 14 habere om. | 17 est om. | 28 ita necesse. — N 14 'et exoriatur . . . p. signi' om. | 21 etenim ante pisces quam | 26 ante om.

1 int. D uulg. intelligimus | 3 nocte; Micyllus coni. die ac nocte | 4 iter D G N uulg. iter suum | 6 dumt. D G N uulg. dunt. | 7 nou. D nouissimaque G N et sic uulgo scribunt | 8 eiusm. D uulg. eiuscemodi | 10 annus etc. D uulg. 'annus sit, in lat. autem singuli dies sint' | 11 p. prima D uulg. prima p. | nihil. etc. D uulg. nihilominus nos . . . uidere posse | 12 ut addidi ex D | et si G uulg. etsi | 19 nam etc. D uulg. nam si sol contra etc. In G haec legimus: nam si sol contra siderum occasum non curreret | 23 igitur D G uulg. itaque | fortasse legendum est: XXX in . . . apparet sol . . . dies XXX uideatur | 24 dumt. D G N uulg. dunt. | 26 oriri D G N uulg. exoriri.

Quare autem euenit, ut ante diximus, quod u[illegible]tur cum mundo sol uerti, eius similis haec est causa . ut si quis in nauiculae rostro sedens, hinc quaerat ad puppim transire, et nihilominus ipsa nauis iter suum conficiat, ille quidem uidebitur contra nauiculae cursum ire, sed tamen eodem perueniet quo nauis . hoc autem sic etiam facilius intellegitur, si nauem diuiseris in partes CCCLX, quemadmodum sol diebus CCCLX simul mundum transigit . eodem modo, ut ante diximus, si nauis sit diuisa et in una parte de trecentis sexaginta constituatur quilibet eorum (nauis autem habet unius diei cursum), ille quidem contra nauem ire, sed cum ea ad locum definitum peruenire intellegetur . non enim extra nauem est, qui a rostro ad puppim transit, sed ipsa naui continetur . item sol cum per ipsum mundum iter conficiat et eo contineatur, uidetur contra mundum ire, sed cum eo peruenit ad occasum . cum enim mundus trecenties et sexagies se conuerterit, tunc sol iter annuum conficit.

XIV Quoniam de sole quae uisa sunt nobis utilissima esse, litteris mandauimus, nunc de luna dicemus (etsi alia conati perscribere, uelut natura uoluminis ad hoc loci deuenimus), ne nonnullis intactam huius rationem relinquentes, aut propter magnum laborem defecisse, aut inscientia superati non ualuisse persequi uideamur . nos autem non illorum existimationis timendae causa persequi instituimus, sed consuetudinis nostrae rationem demonstrasse, et quod alterius quaeri uolumen hoc perlecto noluimus, nec tamdiu rem cogitatam scriptam aliorum ad desiderium adducere . praeterea cum reliqua omnia diligentissime persecuti fueri-

---

D 3 hinc queat | 6 intellegeretur | 11 intellegeretur | 14 continetur | 17 Quod de | 19 uelud | 20 incautam | 22 uidemur | estimationem. — G 2 causa est | 4 nauis om. | 5 perueniat | 10 nauim | 11 intelligitur | 12 nauim | ipse naui | 15 CCC . LX uicibus se uertit | 16 perficit | 17 utillima | 18 praescribere | 19 uoluminis . ut pro natura uolumen sit | deueniemus | 21 inscitia | 25 adducere in desiderium. — N 6 intelligitur | 12 nauo | 15 conuertit | 22 autem nonnullorum.

---

3 hinc quaerat G uulg. inquirat . idem iam Modius uoluit | 6 uulg. intelligitur | nauem, uulg. nauim . in D N h. l. est 'sin autem' pro si nauem | 9 constituat D G N | 10 nauem D N uulg. nauim | 11 uulg. intelligetur | 13 faciat D sed additur con | 17 Cap. XIV uulgo inscribitur Luna | 18 litt. D G uulg. lit. | etsi alta D G N | 20 intactam scripsi ex sententia Modii, uulg. incaute | 21 ualuisse . de constructione huius uerbi dixi supra p. 40 | pers. etc. sic scripsi ex G uulg. 'persequi consuetudinis nostrae rationem demonstrasse instituimus, sed quod' idem D habet, sed omittit illa 'instituimus, sed' | 23 cons. n. rationem . nos diceremus: die Art und Weise unserer Methode | dem. pro demonstrare ex more Graecorum dixit | 25 scriptam D et scriptam, 1 Voss; uulg. scripto.

mus, alienu uidetur esse nos non eandem persequi causam . quare, sicut ante diximus, ad inceptum reuertamur et ut necessario totidem uerbis de luna ac sole dicere uideamur, dicemus ita: Lunam per alios exortus et occasus necesse est moueri, non stare; idque facilius quam de sole licet intellegere . neque enim tam magnus ardor eius est, ut officiat oculis nostris; neque ut sol dies XXX unoquoque signo uehitur, ut difficile sit intellectu, quanta particula luminis aut ipsius signi superesse uideatur, cum ad aliud transierit signum . lunam enim cum diebus ·XXX· XII signa percurrat, licet intellegere, II diebus et VI horis in alio signo esse . hanc autem cum a sole lumen accipiat, et ita nobis lucere uideatur, non est ueri simile de tam multis causis potius eam stare quam moueri . si enim suo lumine uteretur, illud quoque sequebatur eam semper aequalem esse oportere, nec die tricesimo tam exilem aut omnino nullam uideri, cum totum transegerit cursum, sol autem ad aliud transire signum intellegatur . praeterea si suo lumine uteretur, huius numquam eclipsin fieri oportebat . sed ne dubium fiat, quare solis eclipsis fieri possit, qui utrisque lumen dare supra sit dictus, lunae autem non facile fiat, cum alieno lumine utatur: eius haec uerissima, ut arbitramur, est causa . luna enim cum ex toto mundo et omnibus stellis maxime terrae proxima uideatur, et ad acies nostras perueniat, et quodam tempore torrens perueniat ad eundem locum signi, quo sol uehitur, obscurare lumen eius a nostro conspectu uidetur . hoc autem maxime euenit die nouissimo, cum luna transierit

D 1 non om. | 3 uideamur . Dicemus ita lunam sole | 8 uidetur quin ad | 10 diebus om. | 13 quoque uidebatur | 14 oportere debere | 15 transigerit | 17 uolumine | 22 proxima terra. — G 4 ortus | 6 oculis nostris officiat | 8 uideatur superesse | 15 XXX | 25 euenit om. — N 4 Luna a sole per | 6 eius ardor | 10 esse in alio signo | 13 eam om. | 17 eclipsim | 20 haec om. | 22 'et quodam . . . perueniat' om. | 25 euenit maxime.

2 reu. D G N uulg. reuertemur, cf. supra cp. 11 | et ut necessario . . . dicere uideamur, ita dicemus, I Voss; uulg. et necessario . . . sole dicemus, ita | 4 Lunam etc. Hyginum sequitur Isidor. N. R. cp. 19 et schol. Bedae De temporum ratione cp. 23 | 5 int. D uulg. intelligere, h. l. et in sqq. | 9 luna enim . . . horis lunam in etc. D G et sic uulgo scribunt . quod dedi, habent N aliique | diebus etc. D G uulg. duodecim signa diebus triginta | XXX . accuratius definit Plinius H. N. 2, 6 | 11 hanc D N uulg. haec | 13 stare D G N uulg. constare | si etc. hinc nonnulla sumpsit Isidor. N. R. cp. 18 | 16 uulg. sola . Modius coni. sol | int. D uulg. intelligatur | 21 luna etc. cf. Isidor. N. R. cp. 20. | 23 Modius coni. uelut torrens.

in XII signa, et sol ad aliud signum transire uide. : et proxima fiat illi . quod euenire sic etiam potest intellegi . . ; si quis alicui manum planam ad oculos admouerit, quanto magis sic fecerit, hoc minus ille uidere poterit; et quanto longius ab eo discesserit, hoc magis illi omnia poterunt apparere . simili ratione cum luna ad solis locum peruenit, tunc proxima eius uidetur esse et radios eius obturare, ut lumen eicere non possit . cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen eicit, et ita ad corpora nostra adicit.

Lunae autem eclipsis sic euenit, cum prope dimensione sit luna, cum abierit sol sub terram, dumtaxat hoc modo, ut per mediam terram si quid directum traieceris, contingere possit solem sub terra, lunam autem supra terram: quod cum ita euenit, necesse est solis radios propter magnitudinem terrae ita esse dimissos, ut lumen eius, quo luna lucet, non possit ad eam peruenire, et ita existimatur fieri eclipsis lunae . quae si suo lumine uteretur, licebat ne apparere quidem umquam solem, ideo quod luna nihilominus luceret . sic autem accipit lumen, ut luceat, cum sol uenerit per terras, sed non ut aliquem locum conclusiorem totumque spatium inpleat lumine . si quis nostrum steterit in eo loco, quo sol maxime lucet, reliquis partibus lumen a sole accipiens praebebit . id in luna fieri inuenitur, eam a sole lumine accepto lucere reuibratione.

Nonnulli existimant, cum dicitur sol in Ariete aut in quolibet signo esse, eum supra ipsas stellas Arietis iter facere . qui autem hac ratione utuntur, longe a uera ratione errant . nam neque sol, neque luna proxime sidera apparent . hac etiam de causa non-

---

D 2 aliquo | 4 discesseris | 7 possint | 10 sol om. | 15 existimare | ethipsis | 17 accipiet | ut luceret | 18 et non totum | 19 abstiterit | 20 maxime sol | a sole lumen | 22 reuibr. om. | 23 dicatur | aut quolibet. — G 3 plenam | 4 quam longius | 7 obiurare | 10 terra. | 12 Luna | 15 lunae om. | quo si | 17 lumen accipiet | 18 conclusiorem locum | 22 reuibratione lucere. — N 7 obdurare | 12 terram 13 terrae om.

D 1 et G uulg. et cum | 2 fiat D G uulg. fiet | int. D uulg. intelligi | 3 ammouerit, 1 Voss. | 4 uideri D N | 6 proxima ei G N | 7 eicere D uulg. eiicere; G N emittere | 8 corp. n. a. D G uulg. nostra adiicit corpora | 9 eclypsis D G | prope Sch. aliique; uulg. 'prope una' quod etiam D G N habent | Sch. coni. 'e dimensione' quod dictum putat pro 'e diametro' . Isidor. N. R. cp. 21 et quia ea dimensione luna distat a sole, ut per mediam terram si etc. | 12 terra D G uulg. terram | 15 existimare uel existimari, codd. Ul. Muncker haec addit: si prius admittas, sequitur, ut scribas eclipsin | 16 umquam G N uulg. numquam | 17 autem D G uulg. namque | luxerit supra terras, 1 Voss. | 19 spacium D G N | 20 a sole D N uulg. solis | 21 accepta G N.

nulli VII stellas erraticas finxerunt, adiungentes eodem solem et lunam, quod cum quinque stellis feruntur . luna enim proxime terram est; itaque diebus XXX totum mundum existimatur transire . id hac euenit ratione . ut si quis intra circulum zodiacum fecerit circulos, et eos hoc interuallo finxerit, ut terra sit in medio, et unam a terra ad lunam mensionem fecerit, quam Graeci τόνον appellauerunt (hunc autem, quia non esse certum spatium potuerunt dicere, τόνον dixerunt): igitur abest luna a terra tonum unum . hac igitur re, quod breuissimo circulo deuehitur, diebus XXX ad primum peruenit signum . ab hoc circulo abest circulus tonum dimidium, quo circulo Mercurii stella uehitur; itaque diebus XXX ad alterum signum transiens tardius . ab hoc circulo abest alter tonum dimidium; quo loco Ueneris stella iter suum dirigit, tardiorem conficiens cursum, quam Mercurii stella . transit enim ad aliud signum diebus XXX . supra huius stellam solis est cursus, qui abest ab Hespero stella quae est Ueneris, tonum dimidium . ita cum inferioribus pariter peruolans anno uno XII signa percurrit, tricesimo die ad aliud transiens signum . supra solem igitur et eius circulum Martis est stella, quae abest a sole tonum dimidium . itaque dicitur diebus LX ad aliud signum transire . supra hunc circulum Iouis est stella, quae abest a Martis tonum dimidium . itaque anno uno transit ad alterum signum . nouis-

D 1 erraticas stellas | sole et luna | 5 fixerit | 6 et a terra unam mensionem fecerit ad lunam | 8 Igitur ab luna terrae | 9 re igitur | 11 dimedium | 13 dimedium | 17 itaque inferioribus | 20 dimedium. — G 1 VI | 5 eosque sic interuallo | 7 appellant | 9 uehitur | 11 quo mercurio sydus uehitur | 14 tardius mercurii quam stella conficiens cursum | 18 in tricesimo. — N 5 si hoc | 6 et om. | 7 esse om. | 8 tono uno | 10 'ad primum . . . diebus XXX' om. | 12 ab om. 21 Hunc orbem supra.

2 quod in D corr. in 'quae' | 3 dieb. XXX D uulg. triginta diebus | 4 ut etc. sic scripsi ex D uulg. 'si circulos quis intra Zodiaci ambitum fecerit eosque' quod etiam G N habent | 7 tonon D G N h. l. et in sqq. cf. Plin. H. N. 2, 20; Hygin. De limit. const. (ed. Goesius p. 171) | quia etc. D uulg. quia certum spatium non p. d. | spacium D G N | 8 igitur etc. In D i. m. additur 'Luna' item paulo post: Mercurius, Uenus, Sol, Mars, Iouis, Saturnus | ton. unum D uulg. tono uno | 10 signum D G uulg. circulum | 11 ton. dim. D emitonio G uulg. semitonio | circulo addidi ex D . similia aliis locis restitui | stella D uulg. sidus | 13 alter addidi ex D | ton. dim. D tonon dimidium G uulg. tono dimidio | 13 loco etc. D uulg. loco iter suum Ueneris dirigit astrum tardius quam Mercurii stella conficiens cursum | 16 uespero D cf. infra cp. 15 | stella etc. D G uulg. quae est Veneris stella | ton. dim. D uulg. medietate toni | 19 ton. dim. D uulg. tono dimidio | 21 circulum D G uulg. orbem | est om. D G | ton. dim. D emitonio G uulg. hemitonio | 22 anno uno D G uulg. uno anno | transit etc. D G uulg. ad alterum transit signum.

sima stella Saturni, quae maximo uehitur circulo; haec autem abest a Ioue tonum . itaque annis XXX duodecim signa percurrit . ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tonum unum et dimidium.

Hac igitur ratione potes scire neque solem, neque lunam contingere stellas, et nihilominus per zodiacum circulum uerti . hinc etiam possumus intellegere lunam minorem esse sole . omnia enim quae proxima sunt nobis, maiora necesse est esse, quam quae longo discedente interuallo uidemus . igitur lunam uidemus proxime nos esse, neque eam maiorem aspectui nostro esse quam solem . illud quoque necesse est, cum sol non longe absit a luna et a nobis maior uidetur, si prope nos accesserit, multo maiorem futurum . praeterea necesse est, ut ante diximus, aut nullam stellam erraticam esse, aut solem cum luna pariter ut reliquas stellas errare . si enim quisquam mihi potest demonstrare V stellarum cursum, et dicere, quod hodie quaeque earum ad aliud transeat signum, quemadmodum de sole et luna fieri uidemus, et nihilominus suum efficit cursum, non est erratica . si autem dubium est, quod hodie transeat et ad aliud signum compari ratione cum luna feratur, et suum cursum dirigat, quemadmodum stellae quae sunt dubiae, necesse est has quoque errare . sed non euenit ut errent, praesertim cum suo tempore ad cursum reuertantur . igitur ne stellae quidem, cum certo tempore ad suum signum reuertantur, possunt errare, nisi forte uolumus accipere excusationem, quod duo corpora magna facilius possint obseruari, quam singulae stellae, quae non certos cursus conficientes uidentur apparere.

D 8 et tamen ab ipsorum | 10 minorem | 19 cum pari | 21 hoc | 25 possunt obseruare. — G 1 maxime | 3 tamen ab ipsorum syderum | 5 ratione igitur | 7 esse minorem | 9 discendente | 14 ac ut | 15 quisquam enim | 18 cursum om. | 19 cum om. | 20 dirigat cursum | 22 errant. — N 24 accusationem.

---

1 uidetur legendum: est stella | 2 abest etc. D uulg. tono distat a Ioue | XII D G N | signa p. D G uulg. p. signa | 3 tonum I et dim. D uulg. tono uno et dimidio | 5 potest D G perperam | 7 int. D uulg. intelligere | lunam etc. hinc sua sumpsit Isidor. N .R. cp. 16 | 9 longe, 1 Mor. | disc. D N O uulg. dissidente, ut supra III, 89 | 10 asp. nostro D G N uulg. nostro asp. | 11 non longe D G N uulg. longe | 12 melius esset 'uideatur' et in sqq. 'efficiat' ut iam M. dixit . sed similia etiam aliis locis in hoc libro inueniuntur | prope addidi ex D cf. Isidor l. c. | 14 cum luna par. D G uulg. par. cum luna | 16 quaeque coram D G N uulg. 'coram earum quaeque' sed coram per errorem positum est pro 'earum' ut iam M. indicauit | 18 efficiat in D corr. in efficit | 20 cursum G uulg. circulum | 23 reuertuntur D G.

XV Sed stellas V nonnulli has aiunt esse: Ueneris, Mercurii, Iouis, Solis, Martis; e quibus esse maximam colore candido, nomine Hesperum et eam appellari . haec stella non abest a sole longius duobus signis, infra eius circulum collocata, sicut ante diximus; apparens maxime noctu, sed toto mense non plus undeuicies potest uideri . sed totus Hesperus incertos efficit cursus, non eodem tempore ad praeteritum transiens signum.

XVI Secunda stella est Mercurii, nomine Stilbon, totus acuto lumine, sed in aspectu non magnus . hic autem a sole non longius abest signo uno . qui semper eosdem cursus efficiens, modo nocte prima, modo autem ad solis exortus incipit apparere . nonnumquam etiam perpetue signis quattuor est cum sole; rediens autem cum sole non amplius est tertiam partem signi.

XVII Iouis autem stella nomine Phaenon, corpore est magno, figura autem similis Lyrae . hic autem XII signa annis totidem transigere existimatur, et unoquoque anno nusquam apparere dicitur, non minus dies XXX, nec plus XL . sed tunc maxime obscuratur, cum occidit cum sole; exoriens autem apparet ante quam sol.

XVIII Solis stella nomine Phaethon, corpore est magno, colore autem igneo; similis eius stellae, quae est in humero dextro Orionis . hic per XII signa assidue ferri uidetur . nonnunquam

D 4 supra eius | 14 feton | 15 lirae | 16 existimatur ut unoquoque . . . dicatur | 20 QUINTA . Solis | feton. — G 4 subter eius | 12 perpetuae | 13 quam terciam | 14 pheton | 17 XL plus. — N 3 'et eam' om. | 14 phoeton | magno est.

1 Cap. XV uulgo inscribitur Venus | Sed stellas D G N uulg. Stellas | 2 solis D G N uulg. Saturni, cf. infra cp. 18 et supra p. 79 | martis D G N uulg. et Martis | maximam uenerem colore candido nomine hesperum et eum appellari, 1 Voss. | 3 et eum D G | appellari D G N uulg. appellari Venerem | accuratiora de nomine huius stellae legimus supra p. 78 sq. | 6 indeficiens D G N et sic uulgo scribunt . emendaui ex sententia Modii. cf. Martian. Cap. lib. 8 p. 329 Eyss. | 8 Cap. XVI uulgo inscribitur Mercurius | stilbon D G uulg. στίλβων | 9 a solis exortu D G | 12 perpetue D perpetuo N uulg. perpetuum | 13 tertiam D N uulg. quam tertiam | 14 Cap. XVII uulgo inscribitur Iupiter | Phaenon scripsi h. l. ut supra p. 78 uulg. Φαέθων . unus ex Vossianis h. l. habet phoeron | magnus D G et sic uulgo scribunt; magna 2 Ul; magno N, cf. infra cp. 18 | 16 trans. D N uulg. transire | 17 nec D G uulg. non | tunc D G N uulg. tum | 20 Cap. XVIII uulg. inscribitur Saturnus | pheton G N uulg. Φαίνων, cf. supra p. 79. Phaethon est etiam ap. Schol. Germ. p. 421 Eyss. | 21 d. orionis D G uulg. Orionis dextro | 22 Post 'signa' in D i. m. additur: annis totidem uidetur.

etiam cum solis ipsius sideribus apparet, modo aliis partibus adiectis circuli . hanc stellam nonnulli Saturni esse dixerunt, redire autem ad signum annis XXX et quotannis non apparere non minus dies XXX, nec amplius XL.

XIX Reliquum est nobis de Martis stella dicere, quae nomine Pyrois appellatur . hic autem non magno est corpore, sed figura similis est flammae . nonnunquam autem cum ipsius solis sideribus concurrens, omnia peruolat signa, secedens a primo signo non longius biennio.

Quod ad quinque stellas pertinet, ad hoc satis arbitramur dictum; nunc autem demonstrabimus, quibus de causis menses intercalentur, quoniam tempus omne metitur die et nocte, mense et anno . de quibus diem nobis definierunt, quamdiu sol ab exortu ad occasum perueniat; noctis autem spatium constituerunt esse, quamdiu sol ab occasu rursum ad exortum reuertatur; mensem autem, quamdiu luna zodiacum circulum perducat . annum uoluerunt esse, cum sol ab aestiuo circulo redit.

Reliqua desiderantur.

D 17 redit om. — G 2 saturni nonnulli | 6 dicitur | 7 est similis | 10 ad hoc' om. | 12 Quoniam | 13 sol ab occasu rursum ad exortum reuertatur | 17 redeat. — N 2 nonnulli om. | 4 non amplius | 7 autem etiam | 10 attinet satis arbitror | 16 Annum autem.

---

1 sol. ips. sid. cf. infra cp. 19 . sidera solis pro sole dicit Ouidius Met. 14, 172 | 5 Cap. XIX uulgo inscribitur Mars | 6 pyrois D G N (in N suprascr. ignea) uulg. πυρόεις | 7 sol. sid. cf. supra cp. 18 . in D h. l. solis' expunctum est | 8 sedens D G N et sic omnes ediderunt; rediens, 1 Voss. scripsi ex coniectura 'secedens' | a primo signo D nec aliter legendum est . perperam omnes scribunt: 'sedens ad primum signum' quae uerba sensum non praebent | 9 biennio, cf. Plin. H. N 2, 6 | 10 pertinet D uulg. attinet | huc D (sed supra u additur o); hoc H aliique; uulg. hucusque | 12 metitur D G N uulg. metimur . uide quae supra dixi p. 24 | 13 de om. D N | difin. D diffinierunt G N | 14 noctis etc. hinc sua sumpsit Isidor. N. R. cp. 2 | spacium D G N | 15 sol. om. G N | 16 mensem etc. cf. Isidor. N. R. cp. 4 | perd. Modius coni. percurrat | 17 redit . uulgo haec addunt: et zodiacum ad id signum, unde incipiebat, ermetitur.

INDEX.

sima stella Saturni, quae maximo uehitur circulo; haec autem abest a Ioue tonum . itaque annis XXX duodecim signa percurrit . ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tonum unum et dimidium.

Hac igitur ratione potes scire neque solem, neque lunam contingere stellas, et nihilominus per zodiacum circulum uerti . hinc etiam possumus intellegere lunam minorem esse sole . omnia enim quae proxima sunt nobis, maiora necesse est esse, quam quae longo discedente interuallo uidemus . igitur lunam uidemus proxime nos esse, neque eam maiorem aspectui nostro esse quam solem . illud quoque necesse est, cum sol non longe absit a luna et a nobis maior uidetur, si prope nos accesserit, multo maiorem futurum . praeterea necesse est, ut ante diximus, aut nullam stellam erraticam esse, aut solem cum luna pariter ut reliquas stellas errare . si enim quisquam mihi potest demonstrare V stellarum cursum, et dicere, quod hodie quaeque earum ad aliud transeat signum, quemadmodum de sole et luna fieri uidemus, et nihilominus suum efficit cursum, non est erratica . si autem dubium est, quod hodie transeat et ad aliud signum compari ratione cum luna feratur, et suum cursum dirigat, quemadmodum stellae quae sunt dubiae, necesse est has quoque errare . sed non euenit ut errent, praesertim cum suo tempore ad cursum reuertantur . igitur ne stellae quidem, cum certo tempore ad suum signum reuertantur, possunt errare, nisi forte uolumus accipere excusationem, quod duo corpora magna facilius possint obseruari, quam singulae stellae, quae non certos cursus conficientes uidentur apparere.

D 3 et tamen ab ipsorum | 10 minorem | 19 cum pari | 21 hoc | 25 possunt obseruare. — G 1 maxime | 3 tamen ab ipsorum syderum | 5 ratione igitur | 7 esse minorem | 9 discendente | 14 ac ut | 15 quisquam enim | 18 cursum om. | 19 cum om. | 20 dirigat cursum | 22 errant. — N 24 accusationem.

---

1 uidetur legendum: est stella | 2 abest etc. D uulg. tono distat a Ioue | XII D G N | signa p. D G uulg. p. signa | 3 tonum I et dim. D uulg. tono uno et dimidio | 5 potest D G perperam | 7 int. D uulg. intelligere | lunam etc. hinc sua sumpsit Isidor. N .R. cp. 16 | 9 longe, 1 Mor. | disc. D N O uulg. dissidente, ut supra III, 89 | 10 asp. nostro D G N uulg. nostro asp. | 11 non longe D G N uulg. longe | 12 melius esset 'uideatur' et in sqq. 'efficiat' ut iam M. dixit . sed similia etiam aliis locis in hoc libro inueniuntur | prope addidi ex D cf. Isidor l. c. | 14 cum luna par. D G uulg. par. cum luna | 16 quaeque coram D G N uulg. 'coram earum quaeque' sed coram per errorem positum est pro 'earum' ut iam M. indicauit | 18 efficiat in D corr. in efficit | 20 cursum G uulg. circulum | 23 reuertuntur D G.

XV Sed stellas V nonnulli has aiunt esse: Ueneris, Mercurii, Iouis, Solis, Martis; e quibus esse maximam colore candido, nomine Hesperum et eam appellari . haec stella non abest a sole longius duobus signis, infra eius circulum collocata, sicut ante diximus; apparens maxime noctu, sed toto mense non plus undeuicies potest uideri . sed totus Hesperus incertos efficit cursus, non eodem tempore ad praeteritum transiens signum.

XVI Secunda stella est Mercurii, nomine Stilbon, totus acuto lumine, sed in aspectu non magnus . hic autem a sole non longius abest signo uno . qui semper eosdem cursus efficiens, modo nocte prima, modo autem ad solis exortus incipit apparere . nonnumquam etiam perpetue signis quattuor est cum sole; rediens autem cum sole non amplius est tertiam partem signi.

XVII Iouis autem stella nomine Phaenon, corpore est magno, figura autem similis Lyrae . hic autem XII signa annis totidem transigere existimatur, et unoquoque anno nusquam apparere dicitur, non minus dies XXX, nec plus XL . sed tunc maxime obscuratur, cum occidit cum sole; exoriens autem apparet ante quam sol.

XVIII Solis stella nomine Phaethon, corpore est magno, colore autem igneo; similis eius stellae, quae est in humero dextro Orionis . hic per XII signa assidue ferri uidetur . nonnunquam

D 4 supra eius | 14 feton | 15 lirae | 16 existimatur ut unoquoque . . . dicatur | 20 QUINTA . Solis | feton. — G 4 subter eius | 12 perpetuae | 13 quam terciam | 14 pheton | 17 XL plus. — N 3 'et eam' om. | 14 phoeton | magno est.

1 Cap. XV uulgo inscribitur Venus | Sed stellas D G N uulg. Stellas | 2 solis D G N uulg. Saturni, cf. infra cp. 18 et supra p. 79 | martis D G N uulg. et Martis | maximam uenerem colore candido nomine hesperum et eum appellari, 1 Voss. | 3 et eum D G | appellari D G N uulg. appellari Venerem | accuratiora de nomine huius stellae legimus supra p. 78 sq. | 6 indeficiens D G N et sic uulgo scribunt . emendaui ex sententia Modii. cf. Martian. Cap. lib. 8 p. 829 Eyss. | 8 Cap. XVI uulgo inscribitur Mercurius | stilbon D G uulg. στίλβων | 9 a solis exortu D G | 12 perpetue D perpetuo N uulg. perpetuum | 13 tertiam D N uulg. quam tertiam | 14 Cap. XVII uulgo inscribitur Iupiter | Phaenon scripsi h. l. ut supra p. 78 uulg. Φαέθων . unus ex Vossianis h. l. habet phoeron | magnus D G et sic uulgo scribunt; magna 2 Ul; magno N, cf. infra cp. 18 | 16 trans. D N uulg. transire | 17 nec D G uulg. non | tunc D G N uulg. tum | 20 Cap. XVIII uulg. inscribitur Saturnus | pheton G N uulg. Φαίνων, cf. supra p. 79. Phaethon est etiam ap. Schol. Germ. p. 421 Eyss. | 21 d. orionis D G uulg. Orionis dextro | 22 Post 'signa' in D i. m. additur: annis totidem uidetur.

etiam cum solis ipsius sideribus apparet, modo aliis partibus adiectis circuli . hanc stellam nonnulli Saturni esse dixerunt, redire autem ad signum annis XXX et quotannis non apparere non minus dies XXX, nec amplius XL.

XIX Reliquum est nobis de Martis stella dicere, quae nomine Pyrois appellatur . hic autem non magno est corpore, sed figura similis est flammae . nonnunquam autem cum ipsius solis sideribus concurrens, omnia peruolat signa, secedens a primo signo non longius biennio.

Quod ad quinque stellas pertinet, ad hoc satis arbitramur dictum; nunc autem demonstrabimus, quibus de causis menses intercalentur, quoniam tempus omne metitur die et nocte, mense et anno . de quibus diem nobis definierunt, quamdiu sol ab exortu ad occasum perueniat; noctis autem spatium constituerunt esse, quamdiu sol ab occasu rursum ad exortum reuertatur; mensem autem, quamdiu luna zodiacum circulum perducat . annum uoluerunt esse, cum sol ab aestiuo circulo redit.

Reliqua desiderantur.

D 17 redit om. — G 2 saturni nonnulli | 6 dicitur | 7 est similis | 10 ad hoc' om. | 12 Quoniam | 13 sol ab occasu rursum ad exortum reuertatur | 17 redeat. — N 2 nonnulli om. | 4 non amplius | 7 autem etiam | 10 attinet satis arbitror | 16 Annum autem.

---

1 sol. ips. sid. cf. infra cp. 19 . sidera solis pro sole dicit Ouidius Met. 14, 172 | 5 Cap. XIX uulgo inscribitur Mars | 6 pyrois D G N (in N suprascr. ignea) uulg. πυρόεις | 7 sol. sid. cf. supra cp. 18 . in D h. l. solis' expunctum est | 8 sedens D G N et sic omnes ediderunt; rediens, 1 Voss. scripsi ex coniectura 'secedens' | a primo signo D nec aliter legendum est . perperam omnes scribunt: 'sedens ad primum signum' quae uerba sensum non praebent | 9 biennio, cf. Plin. H. N 2, 6 | 10 pertinet D uulg. attinet | huc D (sed supra u additur o); hoc H aliique; uulg. hucusque | 12 metitur D G N uulg. metimur . uide quae supra dixi p. 24 | 13 de om. D N | difin. D diffinierunt G N | 14 noctis etc. hinc sua sumpsit Isidor. N. R. cp. 2 | spacium D G N | 15 sol. om. G N | 16 mensem etc. cf. Isidor. N. R. cp. 4 | perd. Modius coni. percurrat | 17 redit . uulgo haec addunt: et zodiacum ad id signum, unde incipiebat, ermetitur.

INDEX.

EPIMETRON.

Cum nuperrimus editor fabularum Hygini, M. Schmidt, in iis quae ex libro meo excerpsit et in usus suos conuertit, alia omiserit, alia non recte adnotauerit, non inutile uidetur paucis de hac re disputare.

Praeter multa alia addenda erant haec: p. 9 Hesperie Erythia, cf. Bunte p. 26. — Ex Coelo et Terra Cottus, Briareus Gyes' conicit Bunte p. 27. — p. 10 Brontes . hoc nomen addendum putat Bunte l. c. — Arges uoluit Bunte l. c. (haesitat Muncker). — post 'Arges' Bunte ponenda putat illa 'Titanes [et Titanides] etc. — Thia, Phoebe, Crius, Tethys . haec nomina ex coniectura addidit Bunte l. c.; quod probat Schmidt. — Ceto, Nereus, sic scripsit Bunte p. 28. — Ianira, Ianassa scripsit Bunte p. 29 pro ianira, panopaea, ianassa; adsentitur Schmidt. — p. 12, 15 Aegle, Lampetie, Phoebe addidit Bunte p. 31. — p. 15 Sterope cf. Bunte p. 122. — p. 23 ἑρμηνευτής uoluit Bunte p. 114. — p. 24 Ἑρμῆς uoluit Bunte p. 114. — p. 26 certaret scripsit Bunte p. 119 ex schol. Statii. — p. 28 'parth. Echion' scripsit Bunte p. 130 · Muncker uoluit Echion. — p. 30 numerum scripsit Bunte p. 133. ex A (i. e. ed. princ.). — p. 30 Arataeis coni. Barth, Arateis uult Bunte p. 133. — p. 33, 11 Clitum coni. Bunte p. 128, adsentitur Schmidt. — p. 34 Celaeno coni. Bunte, adsentitur Schmidt. — p. 37 Asbolus addidit Bunte p. 136, adsentitur Schmidt. Cyllopodes coni. Bunte p. 137. — Ocypete cf. Bunte p. 136 sq. — p. 39, 10 'Qui cum' scripsit Bunte p. 33. — p. 41 Cithaerone correxit Bunte p. 33. — p. 41, 16 Iuppiter scripsit Bunte p. 35. — p. 44 Cometae coni. Bunte p. 39. — p. 44 matre Clymene scripsit Bunte p. 39. — p. 45 Opuntius correxit Bunte p. 40. — p. 45 pro Atthida scripsit Bunte Ἀτθίδα νῆσον. — p. 50 Lycurgo uult Bunte p. 47. — p. 50 Aenei etc. coni. Bunte p. 47. — p. 53 'seruatum . quod' sic distinxit Bunte p. 49. — p. 54 'Iason . Peliades' sic distinxit Bunte p. 54. — p. 58 'Et illud' scripsit Bunte p. 64 ex A. — p. 59 Phrasius scripsit Bunte p. 66 ex Apollodoro. — Pygmalionis correxit Bunte l. c. — p. 61 φύλλα scripsit Bunte p. 67. — p. 62 Polydectes . Hinc incipit etc. cf. Bunte p. 69. — p. 63 ammiraretur scripsit Bunte p. 54 ex A. — p. 68 Corynetem Vulcani filium' uult Bunte p. 58. — p. 73 Iocasten correxit Bunte p. 70. — p. 77 aprinea scripsit Bunte p. 72 ex A. — p. 78 Bunte p. 73 sq. excidisse putat haec: Diomedes Tydei etc. — p. 79 'sexum' addendum putat Bunte p. 76. — p. 84 αἰγὰ scripsit Bunte p. 80 . αἶγα pro αἴξ complures dixerunt. — p. 86 Hyperion cf. Bunte p. 83. — p. 86 Bias conicit Bunte p. 83, recepit Schmidt. — p. 89 πύῤῥον scripsit Bunte p. 86. — p. 90, 5 nauibus L cf. Bunte p. 86. —

p. 90 Euryalus etc. haec addidit Bunte p. 86 sq. — p. 91 Areilyci uoluit Bunte p. 87. — Menestheus scripsit Bunte p. 88 (Munck. uoluit Mnestheus. — Thalpius Euryti coni. Bunte p. 88, recepit Schmidt. — Diores Amaryncei coni. Bunte, recepit Schmidt. — Gorges scripsit Bunte p. 88 (Munck. uoluit Gorges uel Gorgis). — ex Aetolia etc. addidit Bunte p. 88. — p. 92 Aglaiae addidit Bunte p. 88. alii alia uoluerunt. — Phidippus' addidit Bunte p. 88. — Gyrtone coni. Bunte p. 89, recepit Schmidt. — nauibus XX' coni. Bunte p. 89, recepit Schmidt. — p. 96 Bunte p. 93 coni. Quam ob rem iratus. — p. 104 'partim morbo' coni. Bunte ex cap. 2*. — p. 107 'exierunt. ad' sic distinxit Bunte p. 102. — p. 107, 5 imo Hippotae cf. Bunte p. 102. — Eurylochus timens' sic distinxit Bunte p. 102. — p. 109 quam inhabitabat Calypso' coni. Bunte p. 104 (Munck. uoluit habitabat uel simile quid). — p. 113, 22 Nysus . sic correxit Bunte p. 108. — p. 124 petiit scripsit Bunte p. 147 ex schol. Germ. — p. 129 Aegeas scripsit Bunte p. 153, adsentitur Schmidt. — p. 135 Melicerte scripsit Bunte p. 158 (Munck. uoluit Melicerta uel Melicerte). — p. 138 Diomedem Martis' correxit Bunte p. 160, adsentitur Schmidt. — ex Cyrene cf. Bunte p. 160. — p. 139. Eurydicen scripsit Bunte p. 161. — p. 140 Illyria scripsit Bunte p. 162. — p. 142 'cruci figi' scripsit Bunte p. 164. — p. 143 ne uidendo' uult Bunte p. 165 ex Seruio. — p. 144 gloria tanta scripsit Bunte l. c. ex Seruio. — p. 144 Ulixe scripsit Bunte p. 166. — p. 144 'quae cum' coni. Bunte, recepit Schmidt. — p. 145 Cycnus scripsit Bunte p. 167. — p. 147 pro 'Lyci' Bunte coni. Lycurgi p. 168. — p. 148 Cloanthus cum naui Scylla' addidit Bunte p. 170. — p. 149 Aeacus scripsit Bunte p. 171. — p. 150 postea iidem stamen inuenerunt' uult Bunte p. 172. —

Haec de hac re dixisse satis est . praeterea sciendum est nomen meum in hoc libro compluribus locis diuerso modo abbreuiari et in partes aduocari; quod in aliis nominibus non est factum . omnino autem Mauricius Schmidt, uestigia mea secutus, locis plus trecentis et uiginti easdem lectiones recepit, quas aut primus omnium receperam, aut in commentario meo legentibus commendaueram.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1 in fine addi poterat: nisi fortasse spectat ad illa p. 20, 8 'nec praetermisimus . . . notationem'. — p. 10, 16 Uenetiis 1488 (Thom. de Blauis). — p. 21, 1 quare etc. hinc nonnulla sumpsit Isidor. N. R. cap. 22. — p. 27, 1 nunc . . . exponemus'. etiam haec exscripsit Isidor. N. R. cap. 48. — p. 56, 1 constitueret D uulg. collocaret. — p. 58, 16 thenobea G. — p. 63, 1 Aethra uulg. Pleione. — p. 79, 4 Phaenonem scripsi ex D l. c. sed melius est Phae-

* Casp. Barth in Aduors. affirmat se haec et multa alia in codice Hygini inuenisse, sed huic uiro, ubi de codicibus loquitur, fides minime habenda est.

nonta ex Gr. *Φαίνοντα*. — p. 80, 22 diximus G. — p. 120, 4 uidetur legendum esse: quotannis apparere non minus etc.

Praeterea ponendum erat p. 3, 33: lib. 4 cp. 12. — p. 5 (in fine) *θαυμάσια*. — p. 7, 37 cap. 106, 115 (Coruus etc.). — p. 7, 38 cap. 233 et 234. — p. 12, 18 Lat. minor. — p. 15, 14 mon imbecile. — p. 19, 14 plurimam. — p. 56, 33 crete D N uulg. Cretae. — p. 67, 14 hostium. — p. 92, 1 clarior, ea cum. — p. 104, 34 maioris. — p. 119, 15 lyrae.

Lipsiae ex officina Baeri et Hermanni.